© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Doctor Don Domingo Gadea




Biblioteca Valenciana
31000005087724

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

XVU
1044

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# OMNIVM DECRETORVM QVAE IN VALENTINIS SYNODIS STATVTA SVNT

A tempore D. D. Thomæ à Villanoua Archiepiſcopi Valentini, vſque ad obitum D. Ioannis à Ribera, etiam Archiepiſcopi, & Patriarchæ Antiocheni,

*Cum vltima Synodo ab eo habita, quæ adhuc impreſſa non fuit,*

## BREVIS EPITOME,

ORDINE ALPHABETICO DIGESTA.

*OMNIBVS IVDICIBVS ECCLESIASTICIS, Parochis, & Eccleſiis apprimè neceſſaria.*

Opera, & diligentia Gaſparis Scholani Rectoris Parœciæ Sancti Stephani.

*Ad Illuſtriß. & Reuerendiß.* D. D. *Fratrem* ISIDORVM ALIAGAM *Archiepiſcopum Valentinum.*

Es de D.n Marcos ... Pro. Benef. ...
Ant.o Orti y Figuerola ... Seo de Valencia



ANNO MDCXVI.

VALENTIAE,
Typis Petri Patricij Mey, iuxtà Templum D. Martini.

*Apud quem & extant exemplaria.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Dup

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

NOS Ioannes Ioſeph Martinez Ruuio presbyter V. I. D. ac pro Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino D. Fratre Iſidoro Aliaga, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo Valentino, Regioque Conſiliario, &c. in ſpiritualibus, & temporalibus Officialis, & Regens officium Vicarij Generalis in dicta Ciuitate, atque Diœceſi. Quia nobis abundè conſtat quendam librum deſcriptum, *Omnium Decretorum, quæ in Valentinis Synodis ſtatuta ſunt à tempore Domini D. Thomæ à Villanoua Archiepiſcopi Valentini, vſque ad obitum Domini Ioãnis à Ribera etiam Archiepiſcopi, & Patriarchæ Antiocheni, cum vltima Synodo ab eo habita, quæ hactenus impreſſa non fuit, breuis Epitome, cura Gaſparis Scholani presbyteri, Rectoris Parochialis Eccleſiæ Diui Stephani Valentiæ*, in



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*vnum digeſta*, nihil nedum abſonum, verum omne in eo contentum valde vtile, & neceſſarium eccleſiaſtico ordini exiſtere; tenore præſentium licentiam, & facultatem illum prælo mandandi concedimus, ac impartimur. Dat. Valentiæ die 18. Iulij MDCXVI.

D[r]. Martinez Officialis.

*Vincentius Perez Secret.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

# D. D. FR. ISIDORO ALIAGA

ARCHIEPISCOPO VALENTINO,
REGIOQVE CONSILIARIO, &c.

EN tibi, Præſul ampliſsi-
me, Prædeceſſorũ tuo-
rum Decreta omnia Sy
nodalia, ad breuẽ Epi-
tomem ordine alphabetico redacta,
vt tanquam legum obſeruantiſsimus,
poſsis facillimè, in tanta negotiorum
vaſtitate, quibus implicatus exiſtis,
tuo muneri ſatisfacere: & ad futurã
Synodum à te ſtatim habendam, præ
oculis habere, ſi quæ leges Eccleſia-
ſticæ,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſticæ, pro temporum varietate abrogandæ ſunt, temperandæ, confirmandæ, in melius commutãdæ, vel de nouo ferendæ. Minutum certè munuſculum, ſi ex me, aut ex libelli corpuſculo pẽſetur: magnum verò ſi ex te, aut ex argumenti neceſsitate. Dabo maiora, ſi vt tui, Præſul digniſsime, obſeruantiſsimus, & obſequentiſsimus ſum, tu maiora iniunxeris. Valentiæ 27. Iulij 1616.

Tuæ Illuſtriſs. Dominationis
Addictiſsimus ſeruus

*Gaſpar Eſcolanus*
*Rector S. Stephani.*

CAN-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# CANDIDO LECTORI.

CVM Synodorum, quæ typis excuſſæ prodierunt, exemplaria ferê omnia interierint, & deſiderata ſint, vt vix vnum reliquũ ſit apud noſtros Bibliopolas, exarſit apud omnes eccleſiaſticos deſiderium, vt iterum euulgarentur. Quod perneceſſariũ cùm eſſet, in animum meum ea ſtatim ſubijt cogitatio, operæpretium me facturũ, ſi ea de nouo excuderentur. Verùm non eo ordine quo Synodi habitæ ſunt, ſed, in occupatorum hominũ gratiam, ad Epitomen quandam Alphabeticè reſtricta. Cœpi in hoc totus verſari; breuitatique ſtudere nitens, neglectis ſuperfluis, viſum fuit, ſtatuta omnia, quæ ad Neophytos ex Agarenis, & illorum Rectores pertinebant, ab hac Epi-

tome

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tome repellere, vtpote, poſt illorum expulſionē ab Hiſpania, nuper à noſtro Catholico Rege Philippo Tertio fœliciter peractam, inutilia. Intermiſi etiam, quæ in Cōcilio Prouinciali ſub D. Martino ab Ayala coacto, placuit Congregationi auguſtiſsimæ Cardinalium Romæ delere: reliqua verò eiuſdem Concilij, cum ea temperatura, cenſuráque, qua à prædicta Congregatione probata fuerunt, repoſui. Miſſas etiam feci regulas exigendi iura eccleſiaſticæ curiæ; cum in ea, omnium oculis obuiam veniant in tabella deſcriptæ. Sed ne quid deſiderari poſsit, vltima Synodus à D. Ioāne à Ribera habita, quæ hactenus in lucem non prodierat, eodem ordine alphabetico diſtributa, in hac Epitome interpoſita prodit. Tu interim, benigniſſime Lector, fruere noſtro labore, ac nos grato animo proſequere. Vale.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# OMNIVM DECRETORVM

## *Quæ in Valentinis Synodis ſtatuta ſunt*

## BREVIS EPITOME.

# A

1 ABSOLVTIONES generales fiant in die cõmemorationis omniũ defunctorũ, ſine vllo perſonarum diſcrimine: ſed liceat clericis diuertere ad capellas, iuxta ordinem quo ſitæ ſunt: ſub pœna decem librarum Capitulo, vel Rectori contrafaciẽti; perturbatoribus verò huius Decreti ſub excommunicationis pęna, & alijs, iudicio Ordina-

*Ex Synodo Diœceſa. Ayal. act. 1. cap. 14.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dinarij. Vide de hoc die, verbo Miſſa, num. 34.

*Ibidem, actio. 2. cap. 10.*

2 ADIVRATIONES contra tempeſtatem ingruētem illæ ſolæ fiant, quæ continentur in Manuali Valentino: idque intra templa, non extra.

3 ADMINISTRATIONES. Vide verbo Clerus, nu. 44. Collector, nu. 46. Cenſualia, nu. 11. & Operarij, nu. 8.

*Ex appendice ad synod. Riber. anno 1590. in conſtitut. 10.*

4 AGNVSDEI, qui depingunt, & vēdunt, vel quicquid aliud inducunt: ac etiam qui eos ita habent, ſunt ipſo facto excōmunicati, ex Motu proprio Gregorij XIII. anno 1572. qui incipit, Omni certè ſtudio.

5 ALBACEA. Vide Teſtamentorum executor.

*Synod. Riber. anno 1578. act. 1. cap. 25.*

6 ALTARIVM, in quibus Miſſæ celebrantur, munditiē, ac eī ornamentorū curet Parochus, & vt reficiantur, ſi opus fuerit.

Alta-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

7 Altare maius, dum officia celebrantur, (etiam Defunctorum) habeat duos cereos accenſos, vt minimum. Parochus, qui non paruerit, ſoluat viginti ſolidos lampadi ſancti Sacramenti. *Ibidem, cap. 37.*

8 Altaribus beatæ Mariæ, & Animarum, vbi cõmuniter Miſſæ celebrantur, apponantur duo cerei iuſtæ magnitudinis, quamdiu durat celebratio, expenſis Operariorum dictorum altariũ, vbi eleemoſynæ abundant. *Syno. Riber. anno 1584. decr. 18.*

9 Coram Altaribus ne ducantur choreæ, in vicis, & plateis, ſub excommunicationis pœna. *Syno. Prouincia. ſeſſ. 5. cap. 5.* dansas, o bayles.

Alia ad Altaria pertinentia. Vide Confraternitas, num. 59. Miſſa, num. 18.

10 AQVA benedicta pura aſpergatur populus in feſtis, & non odorifera, nec muſcata, nec mixta. *Synod. Diœceſa. Ayal. act. 2. ca. 8.*

11 ARCHIDIACONVS *Syno. Prouincia. ſeſſ. 4. cap. 3.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ne eligatur qui nō fuerit Magiſter, ſeu Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel Iure canonico.

*Synod. Riber. anno 1584. decre. 10.*

12 ARCHIVA eccleſiarum habeant, expenſis Beneficiatorum conſtructa repoſitoria, in quibus omnia beneficiorum acta tutò cuſtodiātur, cum tot cellulis, quot fuerint beneficia. Vnde non educantur, niſi vrgente neceſſitate, & data cautione reſtituendi ea intra tempus ab Archiuerio datum. Qui etiam habeat clauem Repoſitarij. His addit alia Synodus, nec acta, nec libros ab Archiuo extrahi poſſe ſine licentia Rectoris, vel Vicarij, vel Cleri, vel eorum ad quos ex officio ſpectat; & facta confeſſione, chyrographo ſubſcripto per eum qui extrahit: licentia verò non detur niſi ex vrgenti cauſa. Quæ omnia

*vltima Syno. Riber. decr. 5.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nia acriter inquirat Viſitator.

Alia de Archiuis, Vide Baptiſmus, nu. 9. Beneficia, nu. 12. & 14. Cenſualia, nu. 11. Operarij, nu. 8.

13 ARMA prohibita clericis. Vide Ordinati in ſacris, numero 13.

14 ASTROLOGICAS figuras prohibemus fieri ad percontationes, obſeruato tempore earum, & iudicium ferri ad furta detegenda, & incertos futuros euentus ex humano arbitrio pendentes, aliaſque his ſimiles diuinationes erigere: ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ contra præſumentes non obedire. Qua cẽſura ligentur qui petunt figuras, & qui faciunt.

*Vltima syno. Riber. decr. 1.*

AVDITOR piarum cauſarum. Vide Teſtamentorum iudex.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# B

BACINEROS de las Parrochias. Vide verbo Patiniferi.

*Syno. Prouincia. ſeß.2.cap.3.*

1 BAPTISMVS, extra neceſſitatem, tantùm conferatur in eccleſia: ſed nihil pro eius adminiſtratione exigatur, ſub excommunicationis pœna, & dimidij aurei.

*Syno. Diœceſan. Ayal.act.1.ca.9. Et in iurib.funeral.eiuſdem, ordin.2.*

2 Baptiſmus cùm ſuſcipitur, ſit in facultate commatris cereum, & capitam deferre. Si nolit, liceat Curato pro illis nouem denarios accipere, nempe ſex denarios pro capita, & tres pro cereo. A Patrinis verò recipiat eam oblationem, cereum, & capitam, quam dare voluerint.

*Syno. Prouincia. ſeß.2.cap.4.*

3 Baptiſmus ne detur infanti à laico, niſi ob mortis periculum: & cùm deferetur infans ad eccle-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cleſiã, examinet diligenter Curatus an rectè. Si ita, conferat tantùm catechiſmum, & exorciſmum, & vngat. Si dubium an rectè, ſub conditione baptizetur. Quòd ſi obſtetrix, vel laicus interrogati mentiantur, mulctentur tribus libris.

4 Baptizari non debent adulti, niſi ſatis in Fidei rudimentis inſtructi. Si dubium ea in re incidat, conſulatur Ordinarius: inobediens duas libras pendat. *Ibidem, cap. 5.*

5 Baptiſmus, extra neceſſitatem, ne miniſtretur ſub nocte, à pulſata oratione angelica, vſque ad auroram, nec in eccleſia, nec extra. *Ordinat. 3. iuriũ funeral. Ayal.*

6 Baptiſmus, quæ requirat ad ſuam validitatem, doceant Curati ipſas obſtetrices ſaltem ſemel in anno. *Syno. Ribe. anno 1578. action. 1. cap. 10.*

7 Baptiſmi Patrinus ne admittatur minor quatuordecim annis, *Syno. Ribe. anno 1590. 6. Calen. Iunij, decr. 12.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nis, Matrina verò, vel Commater minor duodecim: vt poſſint intelligere qua obligatione cōſtringantur.

Ibidem, decr. 16.

8 Baptizatorum nomina, patris, matris, & patrinorum ſcribat Parochus, vel Vicarius in libro deputato propria manu: ꝗ ſi aliena, ſoluat viginti ſolidos.

Ibidem.

9 Baptizatorum, & Confirmatorum libri, poſtquam abſoluti, & completi fuerint, ſeruentur in Archiuo, & non in domo Rectoris.

BENEDICTIO nuptialis. Vide Miſſa, nu. 48.

Syno. Riber. anno 1578. act. 2. ca. 6.

10 BENEFICIVM eccleſiaſticum, ſi in ſua inſtitutione præcipiat Beneficiato celebrare quotidie, vel ſingulis diebus, id faciat per ſe, vel per aliū, quando Beneficij redditus attigerint valorem quinquaginta quinque librarum: ſi verò non atti-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

attigerint, pro binis libris tredecim Miſſas celebrabit. Idē ſeruēt Beneficiati, cùm certus Miſſarum numerus præſcriptus fuerit: Nunquam tamen ad plures Miſſas eos volumus aſtringere, quàm ex Beneficij inſtitutione obligati ſunt. Quòd ſi in ea habentur appoſita hæc aduerbia, continuò, aſſiduè, perpetuò, vel ſemper celebret, tūc Beneficiatus ad tres tantùm Miſſas teneatur pro ſingulis libris. Si verò inſtitutio non reperiatur, vel tā tùm dicat, celebret, nec aliunde cōſtet de Miſſarum numero, ad quas adſtringitur, celebret pro ſingulis libris duas Miſſas. Tandem ſi nulla ibi mentio fiat celebrandi Miſſas, pro ſingulis libris Miſſam vnam celebret. Quæ omnia intelligantur, ſubſidio Regio, & oneribus perpetuis Beneficij deductis.

Bene-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Conſtitut.2.*

11 Beneficiorum collatores, electi ipſi, patroni, admittentes reſignationes, & permutationes (quæ canonicis ſanctionibus nō permittũtur, aut Apoſtolicis cōſtitutionibus) & eligẽtes, & præſentantes ad illa, confirmantes, vel inſtituentes, præter formam deſignatam à Pio V. anno 1568. in Conſtitutione, quæ incipit, Quanta Eccleſia Dei. in quas pœnas incidant, videatur dicta Conſtitutio, & appendix ad Synodum Riberæ anni 1590. Vide infra, nu.13.

*Syno.Ribe. anno 1584.decr.10.*

12 Beneficiorũ acta, quæ fundata ſunt in Monaſterijs, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, & alijs locis pijs, quæ non ſunt Parochiæ, reponantur in Repoſitorio Parochiæ, vbi ſita ſunt, & inde non extrahantur, niſi ſeruata forma data ſuprà de alijs actis, verbo Archiuus, nu.12.

Bene-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

13 Beneficia eccleſiaſtica quæcunque, aut illorum fructus, pẽſiones, aliasve res, intercedente confidentiæ vitio, nemo accipiat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, Papæ reſeruatæ, ex Motu proprio Pij V. qui incipit, Intolerabilis, anno 1569. Prætereà, videantur in alio proprio motu eiuſdem, qui incipit, Durũ nimis, anno 1570. pœnæ contra petentes aliquid in prouiſionibus Beneficiorum, vel admiſſione ad poſſeſſionem, & diſtributiones quotidianas, & aliquas conditiones illicitas apponentes.

*In appendice ad Syno. Ribe. anno 1590. conſtit. 6. & 7.*

14 Beneficiorum inſtitutiones omnes in ſingulis eccleſijs deſcribãtur in vno libro, ſimulque eorum redditus. & quiſquis Rector, Clerus, & Beneficiatus qui habeat cenſus perpetuos, & alios, quos vocant, Faticas, &

*vltima Syno. Riber. decr. 5.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Laudimia, conficiat Caputbre-ue de illis, ne depereant. Quæ omnia facta ſint intra annum à die publicationis huius decreti. Qui libri, & actaCapbreuiorum in Archiuo eccleſiæ reponãtur, in virtute ſanctæ obedientiæ.

Ibidem, decr. 28.



15 Beneficium nouum cum recipietur, & inſtituetur in eccleſijs, dos quæ pro illo dabitur clero, diuidatur ęquis portionibus in diſtributiones horarias, anniuerſaria, & duplas.

Syno. Diœc. Ayalæ, act. 2. c. 26.

16 Qui mediam annatam ſoluturi ſunt, id præſtent ante Beneficij Curati poſſeſſionẽ, aut dent cautionem de ſoluẽdo intra ſex menſes. Quòd ſi Collector negligens fuerit, ſuo damno id faciet.

Alia de Beneficijs, Vide Archiuus, Beneficiatus, Cenſualia, & Patronus.

Eadem Syno. act. 1. cap. 17.

17 BENEFICIATVS, ade-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

adepta Beneficij poſſeſſione, ſtatim poſt triduum redigat in inuentarium calicẽ, & ornamenta illius: & de his fideliter cuſtodiendis cautionem reddat. Quãdiu id non præſtabit, calicem in Sacriſtia reponat.

18 Beneficiatus, mediam partem Miſſarum, ad quas ex Beneficio tenetur, celebratam habeat ad feſtum D. Ioannis Baptiſtæ, & aliam medietatem ad finem Decembris; (ſeu vt habet Synodus Riberæ, deinde habita, ante lapſum Nouembris.) Quòd curabunt maximè Rationales: nec minus Miſſas Beneficiatorũ abſentium, à præſentibus celebrari, ſumpta pecunia ex fructibus melioribus Beneficiorum. Beneficiatus verò, qui illas duas medietates dictis temporibus non celebrauerit, non accipiat aliam Miſſam à Clero, nec Rationa-

*Eadem Syno. act. 2. cap. 2.*

*Vltima Syno. Riber. decr. 15.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tionalis ferat aliam ab illo cele-
brari: ſic ſtatuitur in Ordinatio-
Ordinatio. 11. nib. Synodalibus Thomæ à Vil
lanoua. Aliàs, procedat Officia-
lis contra prædictum Rationa-
lem, & ſeruetur ius Beneficiato
ſucceſſori etiam contra ipſum:
Decret. 15. vt præcipit vltima Synodus Ri-
beræ.

Synod. Diœceſa. Ayal. act. 2. cap. 25. 19 Beneficiatus, qui alteri in Beneficio ſuccedit, debita prædeceſſoris ſui ſoluere nõ teneatur, niſi pro illa portione, quam titulo ipſius Beneficij, ac ex ipſis redditibus, ad prædeceſſorẽ pertinentibus, recuperauerit.

Ibid. act. 2. cap. 31. 20 Beneficiati in ſua eccleſia, præcedãt ſi ſint presbyteri, diaconos, quantumuis diaconi ſint antiquiores Beneficiati. Doctores verò in Theologia, vel iure canonico habeant inſignem honoris locum; ita tamen, quòd in Parochijs, ſi doctores non ſint ſacer-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſacerdotio initiati, poſteriores ſint alijs Beneficiatis presbyteris, etiam ſi doctores non ſint. De loco Vicariorum, Vide verbo Vicarius, nu.2.

Beneficiati quomodo debeãt ſepeliri. Vide verbo Defunctus, nu.22.

21 Beneficiatus nouus, cũ petit ingreſſum eccleſiæ ad lucrandas diſtributiones, ſubeat cantus examen, non ſolùm coram Rectore, Vicario chori, & Præcentoribus, ſed etiam coram toto Clero: & poſtea per ſecreta ſuffragia iudicent an admittendus ſit, an verò in menſes differendus. *Ex Syno. Riberæ anno 1599. decret. 12.*

22 Beneficiatus, qui alibi habet Rectoriam, vel Vicariam, interim nõ admittatur ad diſtributiones in eccleſia vbi habet Beneficium ſimplex. *Ibidem, decr. 13.*

Alia quæ ſpectant ad Benefi-

cia-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ciatos. Vide verbo Beneficium, & verbo Defunctus, num. 22. & Miſſa, nu.26.36.40.47. & verbo Mulcta, nu.62.

# C

CAMPANAE. Vide verbo Defunctus, nu.13.& 22.

*Ex Syno. Prouin. Ayal. ſeß. 3. cap. 11.*

1 CANTIONES prophanæ in Matutinis ſolemnibus, vel alijs Horis in eccleſijs ne canãtur: ſed illæ quæ ab Examinatore Ordinarij approbentur. Quòd etiam fiat de Comœdijs, & de actionibus perſonarum. Capitulum, & Parochi contrafacientes mulctentur ſex libris.

*Ibid. ſeß. 3. cap. 22.*

2 CANONICATVVM, ſaltem dimidiæ parti ordo preſbyteratus ſit annexus: reliquis diaconatus, vel ſubdiaconatus: ſub pœna quingentorum ducat. Capitulo ꝑ redimēdis captiuis.

Ca-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

3 Canonici poſt inceptum officium Miſſæ maioris, in Capitulum ne conueniãt, nec à Choro recedant, niſi peracta communione: & in Capitulo tàm breues, & expediti ſint, quàm poſſint. *Ibidem, cap. 23.*

4 Canonici, quibus veſtibus vti debeant in eccleſia, & quando lucrentur punctum ad diſtributiones. Vide verbo Chorus, nu.15. & Diſtributiones, nu.67.

5 Canonicorum domus, quomodo conſeruandæ, & reficiendæ. Vide verbo Domus, nu.77.

Multa ad Canonicos pertinentia. Vide verbo Diſtributiones, nu.67.68.69.

CANTVS, & Cantores. Vide verbo Beneficiatus, nu.21. & verbo Chorus, num.20.26.33. 34.36. & Defunctus, nu.14.

CAPELLA. Vide verbo Oratorium.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

6 CAPITVLVM, quando debeat cõuocari. Vide verbo Officium diuinum, nu.4.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio.2. ca. 5.*

7 Capitulum ne congregetur, niſi prius de qua re agẽdum ſit, Rector, vel Vicarius certiores fiant.

*Ibid. cap. 27.*

8 Capitulũ, vel Clerus, quando eccleſijs pia opera mandabuntur, ne faciant obligationis actum, ſed tantùm acceptationis.

Capitulum. Vide verbo Clerus.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. prope finẽ.*

9 CASVS reſeruati Archiepiſcopo Valentino, ſunt: crimẽ hæreſis, & ſimoniæ: ſacrilegiũ: homicidium proditoriè cõmiſſum facto, vel conſilio, vel fauore: inceſtus, vbi fuerit neceſſaria diſpenſatio: percuſſio parentum: aborſus procuratus: clandeſtine contrahentes: incendium eccleſiarum: & teſtis falſus

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

falſus iurans in iudicio.

CAPVTBREVIA. Vide Beneficium, nu.14.

10 CENSVALIA, ſiue cenſus beneficij curati, vel ſimplicis, cùm redimentur, eorum pretia, (ſub excommunicatione latæ ſententiæ) ne perueniant ad manus Beneficiati, vel Patroni: ſed in Sacriſtijs, vel alijs locis tutis, iudicio Rectoris, & Beneficiati reponantur, nulla facta impenſa, donec alij redditus emi poſſint. Ac ſub eadem cenſura, de nouo eiuſmodi cẽſualia ne conficiantur ſine clauſula depoſiti. Valentiæ verò, & in oppidis per quatuor leucas ab ea diſtantibus, ne huiuſmodi cenſualia redimantur, & alij cenſus emantur ſine Ordinarij facultate. Sed in alijs oppidis id fiat Parocho approbante: & in cenſualibus Parochi, Iura-

*Ibid. act. 1. cap. 17.*


© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tis loci conſentientibus.

*Ex Syno. Riberæ anno 1578. act. 1. cap. 12.*

11 Cenſualium acta, & quorumcunque contractuum bonorum eccleſiarum, recipiantur à Syndico propriæ cuiuſque eccleſiæ: In quibus debeat fieri expreſſa mentio quantitatis pecuniæ, & perſonæ à qua pium opus mandatum eſt eccleſiæ, & adminiſtrationis à qua procedit illa pecunia. Quòd ſemper ſeruetur, ſi cenſus redimantur, & de nouo creētur. Decretum verò Synodi Diœceſanæ (de quo ſupra) verbo Cenſualia, nu. 10. in his omninò obſeruetur. Quòd etiam ad cēſualia beneficiorum extēdatur.

*In Synod. Riberæ anno 1590. 6. Cal. Iun. decr. 9.*

Cui additur in alia Synodo, acta cenſuum adminiſtrationum, quę ad Operarios pertinēt, recipienda eſſe à Syndico Cleri, vel à Syndico Parœciæ, & nō ab alio.

*Ex Syno. Ribe. anno 1578. actio. 1. cap. 13.*

12 Cenſuum redditus, & alia bona eccleſiarum, quando commodè

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

modè exigi nequeunt, ne facilè excitentur lites, niſi ex quatuor partibus Cleri tres id ſenſerint, aut iudicio Ordinarij.

Alia quæ ad Cenſualia pertinent, Vide verbo Archiuus, nu. 12. verbo Beneficium, nu. 12. & verbo Clerus, nu. 44.

13 CAEREMONIAE ſeruandæ in Miſſa decantata, ſiue maiori. Vide in fine huius libri. Et alia de cæremonijs, verbo Miſſa, nu. 37.

CHOREAE, & Saltationes, Vide verbo Altare, nu. 9. & Confraternitas, num. 59. & verbo Ordinati, nu. 19.

14 CHORO, qui interſunt clerici, amittant diſtributionem Horæ, quæ in Choro cantatur, ſi alias Horas recitant in eo priuatim. Ex Conſtitutionibus verò Villanouæ duobus denarijs mulctantur. *Ex Syno. Prouin. Ayal. ſeſſ. 3. cap. 12.* *Villano. conſt. 1.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*In Syno. Prouinc. ſeſſ. 3. cap. 24.*

15 Dum ſacra aguntur, niſi ſuperpelliceo induti, & veſtibus ſibi in eccleſia congruentibus, ne maneant in ea Canonici, vel Beneficiati quando reſident: ſub duorum argēteorum mulcta, ex Conſtitutionibus Villanouæ, conſtit. 13. Qui verò intrat eccleſiā ſine veſte talari, priuari debet puncto illius Horæ.

*In Syno. Prouin. Ayal. ſeſſ. 3. cap. 26.*

16 In Choro, pro diſtributionibus quæ non ſoluuntur ſtatim, deſignetur aliquis, qui iureiurando, vel aliqua pœna pecuniaria aſtrictus, abſentes notet: ac de amiſſis ab eis diſtributionibus propter abſentiā, Rationalem admoneat.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 1. cap. 16.*

17 In Choro ne ſedeant laici inter presbyteros, nec illorum ſedilia occupent: Nec fœminę, in quibuſcunque eccleſijs ingrediantur intra cancellos ſacelli maximi, ſiue capellæ maioris, vbi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

vbi virorum conſeſſus eſſe ſolet: ex Conſtitutionibus Chori Riberæ, adiectis ad Synodũ Diœceſanam habitã anno 1578. conſtitut. 4. Nec verò in Choro ſedere debet dum fiunt officia, qui non fuerit ordinatus, nec etiam Scholanus. Quòd ſi hic fuerit ordinatus, ſedeat in vltimo ſedili.

18 Chori ſedilia, dum celebrantur officia, ne demittantur cum ſtrepitu. *Synod. Diœceſa. Ayal. act. 2. ca. 6.*

19 In Choro, patena oſculi pacis gratia, extra altare ne efferatur. *Ibidem.*

20 In Choro, dum diuina officia celebrantur, omnes clerici ſilentiũ, & cęremonias ſeruent: canant punctuatim, & pedetentim, diſtinctèque pronuncient. Qui contra fecerit, puniatur à Rectore, vel eius Vicario duobus denarijs. *Ex conſtit. Tho à villano. conſt. 1.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ribe. in conſtitut. Chori, conſt. 1.*

Addit Ribera, ad Faſiſtolium canere omnes debere cum ordine, ſilentio, & nudis capitibus.

*In conſtit. villano. conſtit. 4.*

21 In Choro, dum recitatur officium Virginis Mariæ, omnes ſtent, præter impeditos infirmitate, vel ſenectute. Stent etiam dum canitur Gloria in excelſis Deo, Euangelium, Magnificat, Nũc dimittis, Gloria Patri, Credo, Capitula, Orationes, Hymni, & Præfationes: ſub vnius denarij pœna. Stent etiam, & apertis capitibus, iuxtà Conſtitutiones Chori Riberæ, conſtit. 23. dum canuntur Pater noſter, omnia Cãtica, Miſerere, & Laudate de Laudibus, ad Kyrie eleiſon, ad Poſtcommunionem, ad Pater noſter, & orationes Anniuerſariorum, quando cantantur Abſolutiones, quæ fieri debent in forma proceſſionis. Debent præterea flectere genua, cùm in Sym-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Symbolo decantato peruenitur ad Incarnatus eſt, & ab illis verbis Præfatij, Sanctus, Sanctus, vſque ad peractam communionem, niſi fuerint impediti.

22 In Choro, durante officio diuino, nullus tranſeat ab vna parte in aliã, ſine legitima cauſa, vel quia eundum eſt ad Faſiſtolium. Qui contra præſumpſerit facere, priuetur puncto illius Horæ.

*Ex conſtit. Chori Villano. conſt. 5. & conſtitu. Chori Ribe. conſt. 1.*

23 Chorum qui ingreditur ſine ſuperpelliceo, ac muſſa, dum officia peraguntur, puncto illius Horæ, aut vno denario mulctetur. Quibus addit Ioannes à Ribera, debere alas ſuperpellicei habere demiſſas: & prædicta omnia etiam ſeruanda eſſe in proceſſionibus.

*Ex conſt. villano. conſt. 6. & 8.*

*Ribera in conſti. 1. Chori.*

24 E Choro qui egreditur ſine neceſſitate durante officio, aut diſcurrit per eccleſiam; tum

*Ex conſt. villano. conſtit. 8.*

etiam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

etiam dũ prædicatio ſit, puniatur vno denario.

*Ibidem, conſt. 9.* 25 Omnes, præter Rectorem, & eius Vicarium, teneant cappam, & ſceptrum, ſeruato ordine boxardi, ſub duorum denariorum pœna.

*Ex conſtit. Chori Riber. conſt. 1.* 26 Chorum ingreſſuri, adſerant omnes Breuiariũ, aut Diurnale, vt melius poſſint pſallere: in introitu verò humilient caput reuerenter ad altare maius: poſtea ſedeant in Choro, & loco ſibi debito: & peracto officio, orent tantiſper ante diſceſſum.

*Ibidem, conſt. 2.* 27 In Choro, dum officia fiũt, ne miſceant colloquia clerici: & omnes habeãt oculos conuerſos ad altare, & non ad populũ. Quòd ſi quis voluerit ob neceſſitatem alloqui aliquem, ſiue clericum, ſiue ſecularem, petita licentia à ſuperiori, egrediatur foras.

Sine

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

28 Sine facultate Pręfecti Chori, nemo ab eo recedat, dum officia fiunt, aut habetur concio ad populum: nec ea concedatur ſine legitima cauſa: præterquam Vicarius temporalis, Rationalis, & Confeſſores ad confeſſiones audiendas: illi etiam, qui à Rectore miſſi fuerint ad piè iuuandos ægrotos morientes; & quibus à Rationali commiſſum eſt ire ad aliquem ſepeliendum, & quemcunque alium actum, ac etiam illi qui celebrant Miſſam. Nam hi omnes pro præſentibus habendi ſunt. Vide verbo Punctum, nu. 47. *Ibidem, conſt. 7.*

29 Nullus beneficiatus, aut ſubſtitutus, dum durant officia diuina, per eccleſiam deambulet, ſiue indutus ſuperpelliceo, ſiue non, etiam ſi amiſerit punctum. *Ibidem, conſt. 9.*

30 Dũ celebrantur diuina officia, *Ibidem, conſt 12.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ficia, ſi eundum ſit ad aliquem actum, det facultatem egrediē-di à Choro Præfectus illius, his qui deſignati fuerint à Rationali. Qui ſoli diſcedant, idque ſine tumultu. Idem fiat cùm defe-retur Euchariſtia ad infirmos.

*Ibidem, conſt. 18.*
31 Beneficiatus ſacriſta, ante-quam incipiant diuina officia, pręparet veſtes, & omnia neceſſaria ad illa, ne abſit à Choro poſtquam cępta ſunt. Neque aliquis alius Chorum relinquat petendi eleemoſynam gratia, quam concionator populo commēdauerit, ne patiatur Chorus ob illius abſentiam.

*Ibidem, conſt. 19.*
32 Nemo Beneficiatorum ſuo loco ſubſtituat ad canendum alium clericum, qui ſacris ordinibus initiatus non ſit.

*Ibid. conſt. 20.*
33 Cùm defuerit ſocius Præcentori, ſiue Capiſcolio ad canendum, deputet ad id munus

Præ-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Præfectus Chori ex adſtantibus quem voluerit: qui obediat ſine vlla contradictione.

34 Officium defunctorum decãtetur facta mediatione, & pauſa in medio cuiuſcunque verſus: & vna pars Chori expectet in cantu aliam. *Ibid. conſt. 24.*

35 In Choro nihil legant qui interſunt officio diuino. Suum verò cum deuotione peragant ſacerdos, & duo miniſtri qui aſſiſtunt altari. *Ibid. conſt. 25.*

36 Cùm Præcentor, vel Præfectus Chori vocant verbo, vel ſigno clericos ad canendum coram Faſiſtolio Kyries, Introitũ Miſſæ, Gloria in excelſis, Reſponſoria, Credo, Offertorium, (niſi organum pulſetur) & Poſtcommunionem, omnes ſtatim ad illum properent. *Ibid. conſt. 26.*

37 Celebrentur cum ſedilibus erectis officia Natiuitatis Domini, *Ibid. conſt. 28.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mini, Circuncisionis, Epiphaniæ, Purificationis, Annunciationis, Reſurrectionis cum octaua, Aſcenſionis, primi diei Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti cum octaua, Aſſumptionis, Natiuitatis, & Conceptionis Virginis, & feſti omniū Sanctorum, ac etiā in omnibus feſtiuitatib. prædictæ Virginis Mariæ, tùm in Sabbathis, ac dum decantatur officium paruum illius.

*Ibid. conſt. vlt.*

38 Prohibetur ingreſſus, & egreſſus Chori dum decantantur Gloria in excelſis, Euangelium, Orationes, & Homo factus eſt: & peracta Præfatione, ab illis verbis, Sanctus, Sanctus, vſque ad ſumptionem ſanguinis. Tum etiam in Horis dum cantantur Capitula, Orationes, Magnificat, Nunc dimittis, & Chorus pſallit flexis genibus, vel recitan-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tantur quæcunque præces.

39 Dũ diuina celebrantur officia, nullus laicus ſub excõmunicatione latæ ſententiæ ingrediatur Chorum eccleſiæ maioris Sedis Valentinę, Setabenſis, & Gandiẽſis, exceptis qui Choro ſeruiunt, & Iudicibus curiæ ciuilis, & criminalis, Aduocatis patrimonij Regij, & Fiſci, vtriſque Aſſeſſoribus Gubernatoris, & Aſſeſſore Baiuli, ac denique Equitibus titularis, & crucigeris Ordinũ militarium. Ad concionem verò omnibus pateat aditus. *Ex Syno. Riberæ anno 1599. decret. 2.*

40 Ne in Choro officia intermittantur, Rector, vel Chori Præfectus (cùm abſunt Præcentor, diaconus, ſubdiaconus, vel hebdomadarius, vel illorum aliquis) demandent ſceptrum, vel decantationem Epiſtolæ, Euangelij, aut Miſſæ conuentualis, *Vltima Syno. Riber. decr. 20.*

qui-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quibuſcunque maluerint: & illi qui defectum abſentis expleuerit aliqua merces perſoluatur ex ſalario abſentis, ſi quod habet, aut ex emolumentis quæ percepturus eſt.

*Ibidem, decr. 22.*

41 Abſēte Parocho, antiquior Beneficiatus, non impeditus, Hebdomadarij officio fungatur in Choro.

*Ex vlti. Syno. Riber. decr. 23.*

42 In Miſſis decantatis, Epiſtola, & Euangelium annuncietur ad populum, non ex pulpito, ſed ex gradu maioris altaris. Et qui in Choro officio fungitꝰ Hebdomadarij, id præſtet cum ſtola in eccleſijs in quibus frequens eſt Beneficiatorum numerus. Conciones verò habeantur decantato Euangelio, ante Symbolum fidei.

Multa alia ad Chorum pertinētia, Vide in verbis Beneficiatus, circa locorum præcedentiā, nu.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nu.20. Diſtributiones, num. 67. Euchariſtia, nu. 24.25.26. & 27. Libri, nu.5.6.& 7. Miſſa, nu.16. 17.18.19.21. & deindè. Mulctæ, nu. 61. & 62. Officium diuinum, nu.4. Patiniferi, num.16. 20. 21. Punctum, nu.47. & 48. & Vicarius Chori, nu.6.

42 CHRISTIANOS apud Turcas repertos, qui in ſeruitutem redegerint, bonis ſpoliauerint, triremibus alligauerint, aut illis talliam impoſuerint, & liberè abire cũ filijs, coniugibus, & bonis, non permiſerint, ipſo facto ſunt excõmunicati, per conſtitutionem Pij V. quæ incipit, Omnibus notiſſimum.

*In appendice ad syno. Ribe. anno 1590. 6. Calen. Iunij, const. 9.*

CLAVSVLAE teſtamẽtorum. Vide Pia opera, nu. 27. & Teſtamentum, nu.14.

43 CLERICI exteri ad Miſſas celebrandas parochialibus eccleſijs deputentur, in qui-

*Synod. Riber. anno 1578. act. 1. cap. 14.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bus tantùm accipiant eleemoſynam Miſſæ. In diebus verò Dominicis, & feſtis colendis in eis reſideant dum Miſſa conuentualis, & Veſperæ concinuntur, induti ſuperpelliceo, & muſſa. Qui abſuerit, puncto notetur à Rationali.

Vide de hoc argumēto aliud decretum, verbo Peregrini, nu. 26.

*Synod. Riber. anno 1590. 6. Cal. Iunij, decr. 1.*

44 CLERIS eccleſiarum mandent Viſitatores, vt cùm Collector reddituum illarum, facta executione in curia, dixerit irrecuperabiles eſſe, (Nichiles vocamus) electo alio Collectore, vel per Syndicum, intra ſex mēſes illud debitum recuperetur: vel iuſtam excuſationē det Clerus Viſitatori cur recuperatum non ſit: aliàs ad ſoluendum ipſum condemnetur.

Ad Clerum pertinentia, Vide

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

de verbo Capitulum, & verbo Cenſualia, & verbo Collector.

COEMETERIVM. Vide verbo Miſſa, nu. 27.

45 COLLECTOR reddituum eccleſiarum cùm eligendus eſt, Rector eligat vnum è duobus, quos Clerus nominabit. *Synod. Diœceſa Ayal. act. 2. cap. 29.*

46 Ea pars quæ datur à Clero Collectori reddituum pro ſtipendio, detrahatur ex omnibus eccleſiæ adminiſtrationibus, & ex Miſſis ad quas Clerus tenetur: ita quod pro illa parte ad nihil teneatur Clerus. *Syno. Ribe. anno 1578. action. 1. cap. 2.*

Vide alia ſuprà, verbo Clerus.

COMOEDIAE. Vide verbo Repræſentationes.

COMMVNIO. Vide verbo Euchariſtia.

CONCEPTIO Virginis. Vide Virginis conceptio.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

CONCILIVM Diœceſanum. Vide verbo Martinus ab Ayala, nu.1.

CONCIONATOR, & Conciones. Vide verbo Prædicare.

*Syno. Prouincia. ſeſſ.2.cap.13.*

47 CONFESSIONI peccatorum aſſuefacere pueros ſeptenarios, laudabilis mos eſt: illi verò in quibus perfectus vſus rationis viget, (quod à duodecimo anno ſolet accidere) tenētur ſub præcepto confiteri tempore ab eccleſia præfinito, & pro iudicio confeſſoris Euchariſtiam ſuſcipere.

*Ibidem, cap.14.*

48 Parochus in prima die Quadrageſimæ deſcribat in libro omnes quos confeſſioni deuinctos in ſua parochia iudicauerit: & doceat populum, tempus ad hoc deſignatum finiri in Dominica in Albis. Qua tranſacta, niſi confeſſio differatur conſilio

Con-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Confeſſoris, capita familiarum puniantur viginti ſolidis, alij decem. Deinceps fiant tres generales monitiones tribus dieb. Dominicis ſequẽtibus; in quinta verò poſt Paſcha nominatim excommunicentur. Quòd in reliquis ſuperuenientibus Dominicis ſemper ſeruetur, donec reſipiſcant. Curatus in his negligẽs puniatur tribus libris, ac pro Ordinarij arbitrio: & teneatur decretum iſtud in prima Dominica Quadrageſimæ in templo populo publicare.

49 Confeſſus qui fuerit alteri quàm Parocho in Quadrageſima, non credatur, niſi chyrographo Confeſſoris manuſcripto, & ſigillo eccleſiæ, vel monaſterij obſignato. Quibus addit Ribera in vltima Synodo decr. 27. in tota Diœceſi, Quadrageſimæ tempore, Parochos non debere *Ibidem, cap. 15.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

admittere ſchedulas à Confeſſarijs ſubſcriptas, quos ignorēt licētiam obtinere in ſcriptis ab Ordinario: nec ſic deferentibus miniſtrare Euchariſtiam.

*Ibidem, cap.16.* 50 Confeſſiones ſolus audiat Parochus, vel alius ab Ordinario approbatus, & facultatem in ſcriptis habens, (quæ gratis detur) ſub pęna quinque librarum, vel octo dierum carceris.

*Ibidem, cap.17.* 51 Confeſſionalia apta in templis deſignentur, maximè pro fœminarum confeſſionibus audiendis: & Confeſſarij ad id veniant ſuperpelliceis induti, quātum fieri poſſit.

*Syno. Prouincia. ſeß.2. cap.18.* 52 Confeſſarij in commutandis votis prudenter ſe gerant; & ſi ſint dubij, conſulant doctiores, vel Ordinarium. Nemo verò vel commutationem votorū, vel quarumcunque rerum, vel ea etiam quæ pœnitenti in ſatisfactio-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ctio-

ctionem pro peccatis iniunguntur, in propria commoda, & vſus conuertat, nec etiam pro celebrandis Miſſis, ſub excommunicationis pœna.

53 Confeſſores nihil accipiãt nec petant à pœnitẽtibus intuitu confeſſionis, etiam ſponte oblatum, ſub priuatione officij confitendi. *Syno. Riber. anno 1578. act. 1. ca. 11.*

54 Circa Confeſſarios in vna Diœceſi approbatos, interroganti Archiepiſcopo Ioanni à Ribera Congregationem Cardinalium Concilij Trident. fuit reſponſum Romæ anno 1582. talẽ approbatum non cenſeri approbatum in alia Diœceſi, ac ita non poſſe audire confeſſiones, nec etiam habentium Bullam. *In appendice Synodi habitæ anno 1584.*

lẽ aprobatum

Decreta alia ad Cõfeſſionem ſpectantia, Vide verbo Peregrini, nu. 25. verbo Parochus, nu. 4. & 13. & Quadrageſima, nu. 1.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Syno. Prouincia. ſeß. 2. cap. 10.*

55 CONFIRMATIONIS ſacramentum, adultis, non niſi cũ debita pręparatione, & ſua peccata confeſſis conferatur.

*Ibidem.*

56 Cõfirmatio miniſtretur ab Epiſcopo in ciuitate ſuę reſidẽtiæ publicè, duobus, aut tribus anni temporibus, nempè in Paſchatis tempore, vel Aduentus, vel quando illi commodiùs videbitur.

*Ibidem.*

57 Confirmatorum nomina, & Confirmantis, & Patrinorum in libro vno deſcribantur.

*Ex Syno. Prouin. ſeß. 4. cap. 15.*

58 CONFRATERNITATVM ſtatuta Ordinario prius oſtendenda ſun[illegible]o-banda ab eo, ſub pœna [illegible]ta-tis.

*Ibid. ſeß. 5. cap. 5.*

59 In domibus Confraternitatum, in quibus ſunt ſacella, vel altaria, ſub excommunicationis pœna nullo tempore corã ipſis fiãt tripudia, & ſaltationes.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nes. Quid quod nocturnas ſaltationes in prædictis domibus prohibemus omninò ſub dicta pœna, ac quinque librarum mulcta.

60 Confraternitatũ imagines, quibus confratres in ſuis ſolemnitatibus, & funeribus vti ſolẽt, in priuatis eorũ domibus, in honeſto loco in thecis incluſæ habeantur, & cùm ad funera, vel alium locum deportandæ erunt, ferantur intra thecam decenter, ac ſine pompa. *Ibidem, cap. 8.*

61 Cõfraternitatum Præfecti, eum qui denuò ad Confraternitatem venit, ne obligent ſub iuramento: ſed moneant tantùm vt eius ſtatuta obſeruet. *Ex Synodo Diœceſa. Ayal. act. 2. cap. 19.*

62 Confraternitatum titulares imagines, ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ in locis tantùm ſacris, quæ confratres ſuo arbitrio elegerint, reponantur; & nullo modo in laicorum domos *Syno. Riber. anno 1594. decr. 1.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

domos reducantur ſeruandæ. Si quæ verò ante hoc decretum in eorũ domibus ſeruabantur, Prępoſiti Confraternitatum ſub eadẽ pœna in ſacras domos tranſferant.

*Ex vltima Syno. Ribe. non impreſſa decr. 10.*

63 In Confraternitatum domibus, & ſacellis priuatis fieri prohibentur oblationes, & patinas eleemoſynarias deferri, ſine Parochorum licentia, & eorum qui patinas eleemoſynarias in parochijs deferunt.

Vide alia decreta ad Confraternitates, & earũ imagines concernentia, verbo Defunctus, nu. 48. verbo Effoſſor, ſeu Foſſero, nu. 12. verbo Miſſa, n. 27. & verbo Proceſſiones, nu. 43.

*Syno. Prouincia. ſeß. 2. cap. 33.*

64 CORONATI omnes, vel prima tonſura initiati, etiam coniugati, vt fori priuilegio gaudeant, tonſura vtantur vt minimum dimidij argentei; & habitum

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tum clericalem deferant ordinariè, vtpotè palliū, vſque ad genua demiſſum, quòd vocant Ferreruelo. Vtantur etiam pileo clericali, nempè quatuor vt minimùm digitis latioris oræ, in quo nihil ſit auri, & argenti, vel plumarum, neque ornamentum habeat niſi nigri coloris. Eccleſijs etiam deputandi ſunt ab Epiſcopis ad miniſterium Miſſæ, inſeruiēdo ſacerdoti cùm ſe induit ad celebrandum, lumen, & aquam deferendo, lumen accendendo, & Miſſale ex vno cornu altaris in aliud transferendo, & huiuſmodi alia. Quæ omnia, & alia, cùm egerint tēpore ab Ordinario illis deſignato, deponēt enſem. Sunt etiam alia miniſteria pro arbitrio Ordinarij, nempè curare ornatum, & munditiē alicuius ſacelli, vel capellæ, canere in Choro, & alia.

C V.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

CVRATVS. Vide verbo Parochus.

In Syno. Prouinc. ſeſſ. 3. cap. 3.

65 CVRIA eccleſiaſtica decreta quæ ſequuntur obſeruare debet. Pauperibus litigantibus aduocatus, & procurator deſignentur, qui illis patrocinentur gratis.

Ibidem.

66 Teſtiũ depoſitiones in principalibus cauſis, nempè criminalibus, beneficialibus, matrimonialibus, & alijs, non recipiantur à Notarijs, ſed ab ipſomet Iudice, Notario excipiente. Extra Valentiam verò, viro probato, & probo committantur.

Ibidem.

67 Cauſæ leuiores, quæ auditis partibus, decidi poſſunt à Iudice, ne deducantur in proceſſum.

Ibidem.

68 Expenſæ in fine litis non perſoluantur, niſi præuia Iudicis taxatione. Notarius, qui eas

ali-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

aliter acceperit, puniatur amiſſione dimidij expenſarum, & applicetur pauperibus. Quod etiã in Secretaria ſeruetur; & in cauſis Iudicum delegatorum: in quo ſubditi ſunt Curiæ eccleſiaſticę.

69 Perſonæ eccleſiaſticæ modeſtè, ac decenter à miniſtris in carcerem trahantur. Nec vllus in ſacris conſtitutus ad ſolam Fiſci petitionem capiatur, ſed pręcedente ſaltem ſemiplena probatione, aut vehementi præſumptione. Ad petitionem autem partis non debet capi, niſi præuia informatione, aut niſi pars ad talionis pœnam, aut ad delicti probationem faciẽdam, præſtita cautione arbitrio Iudicis, ſe priùs obligauerit. *Ibidem.*

70 Si à Iudice contra aliquem lata ſit in ſcriptis excommunicatio, & ille facultate eiuſdem Iudicis ſit abſoluẽdus, commiſ- *Ibidem.*

ſio

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſio ad illum abſoluendũ in ſcriptis fiat, & inter acta referatur mandato Iudicis.

# D

Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 5. cap. 16.

1 DECIMAE ſoluãtur integrè, omni fraude ſecluſa, ſub pœna excommunicationis, de omnibus terrę ſeminibus, fructibus, oleribus, lana, ſiliquis, folijs mororum, ſaccaro, deque omni ſpecie vini, ac reliquis, quæ terra gignuntur: Et decimantes nequaquam peiora tribuant. Neque à iure decimarum eximant ſeminis portionem, quæ terræ mandata eſt, neque ea quę ex cumulis relinquũtur, aut purgamenta. Denique, ne quis ſolutionem Decimarum impediat, aut Collectorem moleſtet.

2 In Decimarum, vel Primi-



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tiarum negocijs, quæ ex locis dominorum temporalium colliguntur, nullus temporalis dominus, ſe ſe immiſceat per ſe, vel per alium, ſub anathematis pœna, (ex ſtatuto Sixti Papæ V. & Synodi) nec etiam titulo arrendamenti. Et addit Synodus: quod nulli ius colligẽdi eas tradatur ſolemniter, qui non iuret prius, ſe in hoc iure procurando nihil acturum, quod Sixti Papæ indulto repugnet. Si cõtra egerint dominus temporalis, vel perſona ſuppoſita, declarentur publicẽ excommunicati. Ex Syno. Diœceſ. Ayal. ſeß. 13. cap. 23.

3 Miniſtri Iudicis decimarum quando mittentur ad decimalia iura exigenda cũ diuerſis mandatis, ſi vno eodemq́. die ad multos multa mãdata detulerint, tãtùm accipiant ab omnibus vnius diei ſtipendium pro parte rata, & non plura pro pluribus. Ibidem, cap. 24.

Deci-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ibidem.* 4 Decimarum iudex pro re leui ne expediat mandata ad oppida extra vrbem, cogens homines ad eam venire, niſi prius de re ſoluēda admoniti fuerint.

*Ibidem.* 5 Debita, quę reuera decimalia non fuerint, ne petantur in tribunali decimarum. Qui petierit, ſit ipſo facto excommunicatus, & priuetur iure petendi debita, quæ reuera decimalia fuerint.



*Eadem Syno. act. 2. cap. 23.* 6 Decimas ſoluendi onere qui putant ſe exemptos eſſe, oſtendant priuilegia Ordinario intra duos menſes: aliàs aget in eos Ordinarius ex iure.

*Ex Syno. Prouin. ſeſ. 4. cap. 13.* 7 DEFVNCTORVM Miſſæ, & alia pia opera ab eis mandata, adimpleantur, ſaltem intra annum, poſt teſtamenti publicationem.

*Ibidem, cap. 12.* 8 Ad Defunctum ſepeliendum cùm vocantur Religioſi in proceſ-

ceſ-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

proceſſione, ne deferãt crucem. Verùm in hoc ſeruanda eſt conſuetudo locorum.

9 Defunctorum corpora, nequaquam permittant Curati in ſuis eccleſijs exhumari, ſine Ordinarij licentia. Qui contra fecerit, ab eo puniatur.

*Synod. Diœceſa. Ayal. act. I. cap. 21.*

10 De leer, y velar a vn difũto, pagueſe al clerigo que la parte pide, ſeys ſueldos por leer de dia, de mañana, y de tarde, y doze por toda la noche. Pero por medio dia, tres ſueldos, y por media noche, ſeys. Si leyere mas de media noche, y mas de medio dia, en paſſando, pagueſele por entero. Y ſi no ſe pide mas de vn clerigo, no ſe pague mas de aquella porcion.

*Ex iuribus funeralib. Ayalæ, ordin. 8.*

11 Si ſe lee, o vela a difunto en monaſterio, partaſe igualmẽte entre los frayles, y clerigos de la parrochia.

*Ibidem.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ibidem.* 12 Si el difunto es de vna parrochia, y muere en otra, partaſe igualmẽte el leer entre ellas. Y en todos los demas caſos, toca la vela a ſola la propria parrochia: y ſino la tuuiere propria el difunto, ſea tenido por de la donde muere.

*Ibidem, ordin. 9. & 10.* 13 Qualquiera Cura haga ſeñal de franco por el cuerpo de ſu parrochiano, dando tres campanadas por hõbre, y dos por muger. Deſpues, cada Cura, o quiẽ lo ha de hauer, haya por cada toque de dos campanas dos ſueldos; eſto es, a la Letania, entierro, remembrança, aniuerſario, y cabo de año, y a medio dia, oraciones, y alua, ſi la parte querrà que ſe toquen campanas: y ſi hay mas de dos cãpanas grandes en la parrochia, y ſe pide general de todo el Clero, y que ſe toque general de todas las cam-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

panas,

panas, pagueſe por cada toque tres ſueldos, y no en otra manera: excepto que en las Igleſias cathedrales, y colegiales de Xatiua, y Gandia, ſe guarden las loables Ordinaciones capitulares.

7 Iudex ſecularis, cuiuſcūque dignitatis, aut conditionis fuerit, ſub pœna excommunic. lat. ſent, non auſit de vita alicuius

in

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in ſacris cõſtituti inquirere, aut teſtes ad informationem recipere, aut contra eum proceſſum aliquem texere: ſed ſi quid correctione dignum in eo inuenerit, faciat deferre ad ſuperiorem eccleſiaſticum.

Vide alia ad Iudicẽ pertinentia, verbo, Excommunicatio; & verbo, Curia Eccleſiaſtica: & Ordinati in ſacris, num. 18.

IVDEX decimarum, vide verbo, Decimæ.

IVDEX cauſarum piarum, vel teſtamentorum, vide verbo, Teſtamentorum Auditor.

8 IVRAMENTA illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel etiam obuiantia eccleſiaſticæ libertati, aut Decretis Cõcil. Tridentini, qui exigunt, vel extorquent à Prælatis cum ad Eccleſias primo accedunt; vel à Canonicis, cum agitur de illis recipien-

*In appendice ad Synod. Riber. anno 1590. conſti. 14.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cipiendis: & inter laicos, à poteſtatibus ciuitatum, caſtrorum, ac terrarum Rectoribus, vel officialibus, cum de eorum admiſſione agitur; aut prædictos iureiurando aſtringunt ad quædam ſtatuta illicita, impoſſibilia, &c. Si talia facientes fuerint Epiſcopi, ipſo facto à diuinis ſint ſuſpenſi: Capitula verò, & Conuẽtus, eorũq. Eccleſię, & loca ipſo facto interdicantur: at ſingulares perſonæ ipſo facto ſint excõmunicatæ. Ex Motuprop. Gregor. XIII. qui incipit: Inter Apoſtolicas. Romæ, Non. Septẽb. anno 1584.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. cap. 18.*

9 Iuramentũ quando peti debeat, & concedi in iudicio, vide verbo, Iudex, nu. 5. Qui verò falſo iurauerit in iudicio, apud Iudicem, vel perſonam publicam in damnum alterius, ipſo facto ſit excommunicatus.

IVS

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

IVS PATRONATVS Beneficij Curati, vel ſimplicis, qui crediderit ſe habere, intra ſex menſes Patronatus titulum oſtẽdat Ordinario: ſi negligens fuerit, illi imputabitur. Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 5. cap. 14.

Alia ad Patronum pertinentia, vide verbo, Patronus.

# L

1 LECTIO ſacrę Scripturæ habeatur in eccleſijs Collegiatis, Setabitana, & Gandienſi; & in Monaſterijs Vallisdignę, Portæcæli, S. Hieronymi Cotalbæ, ſanctæ Mariæ de la Murta, & ſancti Michaëlis Regii: & apud Carthuſiam inſulæ Maioricæ: ſin minus, iuxta Concil. Trident. cogat ad id illos Ordinarius, eorum expenſis. Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 1. cap. 4. Ex S

2 LIBROS prohibitos nemo imprimat, nec imprimere faciat, Ibidem, cap. 3.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ciat, nec venales habere præſumat; aut quouis modo ſciens penes ſe retineat continentes aliquid contra fidem, & mores: ſub pœna amiſſionis & combuſtionis librorum, & excommunicationis. Si iterum incidat, procedat Ordinarius cõtra eum, quaſi ſuſpectum de fide.

*Ibidem.* 3 Liber nullus imprimatur niſi examinatus per Ordinarij examinatorem; & poſt eius approbationem, manu Ordinarij, vel eius Vicarij generalis ſubſcriptus: de quo in principio libri conſtet.

*Ibidem.* 4 Libri obſcœni in ſcholis ne legantur: propter quod ſingulis annis viſitandę erunt ſcholę per Viſitatorem ab Ordinario deputandum. Præceptor qui eos legerit, in pœnã ſoluat decem aureos pauperibus ſcholaribus, & incurrat in excõmunicationem.

Et

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Et idem ſeruetur in minoribus ſcholis, in quibus pueri legere docentur.

5 Libri ad cultum diuinum, nempe Miſſale, Breuiariũ, Diurnale, & Rituale, Valentiæ impreſsi, ab omnibus ſuſcipiantur, & ſeruentur in hac Diœceſi. Ex Syno. Diœceſ. Ayal. acti. I. cap. 10.

6 Libros, quos vocãt Proceſſionarium, Cęremoniale, & Ordinarium, iuſſu domini Archiepiſcopi tunc excuſſos, recipiant Curati, & Beneficiati; & iuxta illos celebrent Officia, & miniſtrent Sacramenta. Sibi etiam comparent libros, quibus in choro decãtare poſſint, iuxta ritum nouum Breuiarij Romani. Ex Synod. Riber. anno 1578. act. I. cap. 27.

7 Libri, ad quos in choro canendum eſt in diuinis Officijs, ſi antiqui ſint, corrigantur ad normam Eccleſiæ Metropolitanæ Valentinæ: ſi de nouo deſcribendi, deſcribantur ad eandem nor- Ex Syno. Ribe. anno 1590. 6. Cal. Iun. decr. 7.

mam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mam;ad quam etiam cani debẽt Benedictiones, Lectiones, Prophetiæ, Orationes, Epiſtolæ, Euangelia, Antiphonæ, Reſponſoria, Hymni, & reliqua.

De libro Baptiſmorũ, & Confirmationũ, vide verbo, Baptiſmus, num. 8. & 9.

Ibidem, Decr. 5.

8 LICENTIAE nequaquam ab Officiali concedantur ijs, qui per Regnum diuagantur, petendi eleemoſynas gratia, ad congregandum populum, ad pulſandam campanam, aut ad patinas eleemoſynarias apponẽdas, aut ad erigendas confraternitates; neque vt candelę dentur, aut his ſimilia: neque vt Rector eos comitetur, aut vt huiuſmodi alia oſtentent. Sed ad id tantum licentiæ dari poſſint, vt eleemoſynas ſimpliciter petant: & ſub pœna trium librarum, Fabricæ applicandarũ, Rectores prædictas licen-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

licentias ne ad alia extendant.

LITIS expenſæ. Vide verbo Curia eccleſiaſtica, nu.68.

LOCORVM præcedentia, & ordo. Vide verbo Beneficiati, nu. 20. & verbo Doctores. & verbo Vicarius, nu.2.

LVPANAR. Vide verbo Meretrices, nu.12.

LVDVS. Vide verbo Feſta colenda, nu.4. & Ordinati in ſacris, nu.19.

9 LVSORIAM menſam, quam vocant Tablage, qui domi habuerit, ad quã homines frequenter conuenire ſolent, ipſo facto ſit excommunicatus. *In ſyno. Prouin. ſeſſ.3. cap.20.*

# M

1 D. MARTINI ab Ayala Archiepiſcopi Valentini decreta Synodalia Diœceſana, quæ ad laicos pertinent, tempo- *Ex ſyno. Diœceſ. Ayal. actio.2. cap. vlt.*

H re

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

re Aduentus, & Quadrageſimæ à Curatis in templis publicētur populo.

Ex Syno. Prouin. ſeſſ.2.cap.23.

2 MATRIMONIO copulantes ſe, hortatur Synodus, vt antequam contrahāt, vel ſaltem ante benedictionem nuptialem, (quam extrà propriam parochiā ſumere non debent) confiteantur peccata, & Euchariſtiam ſumant.

Ibidem, cap. 25.

3 Matrimoniū contrahere intra gradus prohibitos qui ſcienter præſumpſerit, & multò magis qui conſummare contractū auſerit, ipſo facto ſit excommunicatus; & pœnis pecuniarijs, & corporis, & exilij poſſit puniri ab Ordinario.

Ibidem.

4 Qui quocunque fine, etiam ſub ſpe diſpenſationis habendæ, intra gradus prohibitos ſeſe carnaliter agnoſcere auſi fuerint, puniantur acriter ab Ordina-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dinario tanquam inceſtuoſi.

5 Qui ſcientes conſanguinitatis, vel affinitatis impedimenta, non impedierint huiuſmodi matrimonia, quoad potuerint: & qui poſt auditas in templo monitiones, impedimenta non manifeſtauerint, ſex librarum pœna, vel alia maiori, iudicio Ordinarij afficiantur. *Ibidem.*

6 Matrimonio ne iungantur a Curatis exteri, & ignoti, ſine Ordinarij facultate, ſub decem librarum pœna. Ordinarius verò eam ne concedat, niſi præuio examine: & Notarius, qui examini adeſt, mentionem faciat examinis in licentia, alioquin mulctandus in omnibus expenſis. *Ibidem, cap. 29.*

7 Matrimonio coniunctos eſſe peregrinos, qui bini, mas, & fœmina vagantur, niſi conſtet, ne detur eis locus in Hoſpitali- *Ibidem, cap. 30.*

 bus,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bus, niſi per vnam noctem.

*Ibidem, cap. 31.* 8 Matrimonio copulati ne ſeparentur authoritate propria: & qui iam ſeparati ſunt, ne in eo perſiſtant; ſed intra viginti dies cohabitent, aut cauſas ad Ordinarium deferant. Quæ, ſi minus legitimæ erunt, illis mandet ſub aliqua pœna, vt eas in iudicio proſequantur. Qui ſecùs fecerit, excommunicatus ipſo facto ſit: & in reliquis ad matrimoniũ pertinentibus, ſeruẽtur decreta Concilij Tridentini.

*Ex iurib. funera. Ayal. ord. 5.* 9 Matrimonij ſacramentũ gratis miniſtretur, idque per parochum mulieris contrahẽtis, nẽpè illius parœciæ vbi mulier habitat, ibique audiat Miſſam nuptialem; & pro Miſſa, & benedictionibus, accipiat parochus quinque ſolidos. Quod ſi varij nubentes vnam tãtùm audierint Miſſam nuptialem, vnius tãtùm

Miſſæ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Miſſæ eleemoſynam accipiat: tres verò ſolidos pro benedictionibus petat parochus à ſingulis coniugibus. Extra vrbem Valentiam, ſeruetur conſuetudo oppidorum Diœceſis, dummodo prędictam taxā ne excedant. Sed de augmento eleemoſynæ Miſſæ nuptialis, Vide verbo Miſſa, nu. 42.

10 Matrimoniales monitiones, vel denunciationes, gratis legātur, & obſignentur à parocho, & Vicario. Vide verbo Parochus, nu. 14.

MATRIX eccleſia. Vide verbo Eccleſia, nu. 5. & 6.

11 MATVTINVM ſolēne officium illius Sancti, cui eccleſia dedicata eſt, inchoetur ſtatim poſt Completorium, & finiatur ad diei crepuſculum, vel paulò poſt, ſub pœna centum ſolidorum, ſoluendorum à paro- *Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 3. cap. 11.*

H 3 cho,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cho, & Clero. Synodus vltima D. Ioannis à Ribera, decret. 30. vult finiri Matutinum in prædictis diebus ante pulſationem orationis Angelicæ: & idem debere ſeruari quando tantùm cãtetur officium veſpertinum: & ne in aliud extremũ incidamus, etiam prohibemur Matutinum Defunctorum celebrare ante meridiem, ſed peracto Completorio. Vide Synodum Riberæ anno 1578. act. 1. cap. 17.

Alia ad Matutinum pertinentia, Vide verbo Templum. & Officium diuinum, nu. 5.

MEDIA ANNATA.

Vide Beneficium, nu. 16.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 1. c. vlt.*

12 MERETRICES in lupanari, ab his qui in eo hoſpitia habent ne grauentur, ſub pœna excommunicationis, tanto ære alieno, aut vlla alia ratione, ita vt nõ poſſint ob eam cauſam recedere

cedere

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cedere à peccato. Meretrix verò quæ in lupanari vltrà biennium peccato inſtiterit, exilio damnetur.

13 MISSAM primam celebraturus, prius ab Ordinario, vel eius Examinatore de cæremonijs examinetur, & facultatem habeat à prædicto Ordinario, ſi ſex leucis diſtet à Valentia: ſi pluribus, ab Officiali foraneo, ſub pœna ſuſpenſionis ab Ordinibus arbitrio Ordinarij. *Ex Syno. Prouin. ſeß. 2. cap. 35.*

14 Miſſarum omnium ſit æqualis eleemoſyna cùm celebrãtur. ſuperſtitioſus verò cultus earũ, quæ dicuntur Reuelatæ, & Sancti Amatoris, & aliarum quarũcunque ſimilium, aboleatur: ac etiam certus candelarum numerus, quia ſpeciem habet ſuperſtitionis. De eleemoſyna, Vide infrà nu. 15. 38. 42. 43. *Ex Syno. Prouin. ſeß. 3. cap. 6.*

15 Miſſæ vnius eleemoſyna ſit *Ibidem, cap. 7.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

vnus regalis argenteus Caſtellanus: & quæ hucvſque relictæ ſunt in eccleſijs, reducantur per Ordinarium. Excommunicatione verò aſtrictus maneat, qui plus popoſcerit pro vna Miſſa, vel qui vnam pro duabus Miſſis, aut pauciores pro pluribus celebrauerit. Vide ſuprà, nu. 14.

*Ibidem, cap. 8.* 16 Miſſam celebrans ſacerdos, etiam ſi primam, & nouam, per templum ne quærat oblationes. Sed in oppidis, in quibus ille qui celebrat tantùm aderit, is ad altaris gradus prius, deinde ad finem loci, in quo viri conſident, tantiſper conſiſtat, donec oblata capiat: & ne progrediatur ad mulieres: ſub pœna trium argẽteorum.

*Ibidem, cap. 9.* 17 Miſſæ nouæ cùm celebrantur, ne deſignetur fœmina aliqua, ſub excõmunicationis pœna, quæ alias conuocet: nec fiant in

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in eccleſijs conuentus fœminarum; quia ex illis ſcandala oriuntur. Viri verò, nullo tempore ibi adhæreant ipſis fœminis cum ſcandalo.

18 Miſſæ tres in eodem altari, ne ſimul amplius celebrentur. *Ibidem, cap. 10.*

19 In Miſſa maiori, à decantata epiſtola, vſque ad communionem, nullibi celebrentur Miſſæ priuatæ in diebus Dominicis, & colendis, niſi in loco ſeparatiori eccleſiæ, & in ſacellis ſecretioribus, nullo dato campanulæ ſigno, & dummodo nullus ſacerdos id in conſuetudinem ducat. Qui nō paruerit, mulctetur duobus argenteis. Quibus addit Ribera in Ordinationibus Chori, ord. 6. cū Miſſa anniuerſarij, vel conuentualis canēda eſt, debere clericos expectare in Choro, vt ſemper ſint, qui officio interſint. Vide iterum infrà nu. 49. *Ex syno. Prouin. ſeſſ. 3. cap. 25.*

Miſ-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ibidem, ſeſſ. 4. c. 13.*

20 Miſſarum numerus, quæ ſuperſunt in eccleſijs, ſingulis annis deferatur à Curato, & Rationali ad Ordinarium, vel eius Viſitatorem, ſub trium librarum pœna: vt Ordinarius maturè de illis ſtatuat.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 1. ca. 8.*

21 Miſſam conuentualem, vbi mos fuerit ſingulis diebus pro populo celebrari, ſeruetur mos: Vbi non fuerit, ſi beneficium curatum attigerit valorem ducentarum librarum, (quas verè Curatus in ſuum vſum recipiat) celebret quotidie Curatus per ſe, vel per alium: præterquam, cùm Miſſam celebrabit pro defũctis præſente corpore, & pro nouis nuptis, aut, iuxtà quorundam morem, pro defunctis ſemel in hebdomada, aut in Sabbathis de Beata Virgine: dummodo in huiuſmodi Miſſis oret pro populo: tũc enim vnica illa ſola Miſſa

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſa ſatisfaciet. Si vero beneficiũ curatum ducentas libras non attigerit, tãtùm teneatur celebrare diebus Dominicis, & colendis. Vide intra nu.29.& 39.

22 Miſſa vnica tantùm, nempè conuentualis, cantetur in die cõmemorationis omnium defunctorum: reliquæ recitentur ſubmiſſa voce, aut in alium diẽ differantur. Sed reuocationem huius decreti Vide inferiùs nu. 34. *Ibidem, cap. 14.*

23 Miſſæ votiuæ, quæ Beneficiatis, Subſtitutis, Patiniferis, & alijs in eccleſia reſidentibus à Chriſtianis celebrandæ dantur, manifeſtentur, ſub excommunicationis pœna, Rationali: qui eas in libro deſcribat, & celebrari curet. Eleemoſynæ verò quæ pro illis dantur, colligãtur ab aliquo Receptore, (à Clero eligendo ſingulis annis, eadẽ forma qua eligitur Rationalis) *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 3.*

& è

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

& è ſingulis Miſſis votiuis vnus nummus deſumatur, Rationali, & Receptori pro illorum labore æqualiter tribuendus. Reuocationem huius decreti, quantũ ad nummum deſumendum, Vide infrà nu. 33. Et additionem factam huic decreto, qui debeant adeſſe, cùm Miſſæ recipiuntur, Vide nu.28.

*Ibid. cap. 4.*

24 Miſſa conuentualis inchoanda eſt ab hora octaua vſque ad nonam, nulla perſonarum habita ratione, ſub duarum librarum pęna: & inceptum diuinum officium, poſt Tertiam, non interrumpatur.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. acti. 2. cap. 9.*

25 Miſſa diei ne omittatur à celebrante in feſtis præcipuis, & ſolemnibus. Per eam enim rectè ſatisfacit pro Miſſa annuali de alio feſto, dummodo pro illo offeratur, qui eam demandauit.

Miſſas

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

26 Miſſas pro clericis abſentibus celebrẽt præſentes in eccleſijs: & de melioribus redditibus Beneficij abſentis conſuetam eleemoſynam accipiat presbyter celebrans pro qualibet Miſſa celebrata. *In conſtit. Synodalib. Villanouæ conſtit. 10.*

27 Miſſas nullus ſacerdos celebret diebus Dominicis, & colendis in Confraternitatum domibus, aut cœmeterijs, aut eremitorijs, aut ſacellis publicis, quæ extrà parœciam ſunt: ſed neque in Hoſpitalibus, in quibus hoſpitalitas actu non exercetur, exceptis in diebus feſtis ſanctorum titularium Confraternitatum, eremitoriorum, &c. ſub pœna ſacerdoti qui non paruerit, viginti ſolidorum, & ſuſpenſionis quindecim dierum. *Ex Synod. Riber. anno 1578. act. 1. cap. 5.*

28 Miſſæ, cùm Clero dabuntur celebrãdæ pro defunctis, adſint pro earum receptione Ratio- *Ibidem, cap. 15.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tionalis, & Collector ſimul. Quę verò in fine anni ſuperſunt non celebratę, à Regno ne extrahantur, nec dentur priuatis perſonis ſine mandato Ordinarij in ſcriptis. Quod ſi aliquæ à Parochialibus eccleſijs datæ ſunt Monaſterijs celebrandæ, Prælati religioſi reddant rationem Auditori piarum cauſarum ſingulis annis de earum celebratione: aliàs vltrà ne accipiant. Vide ſuprà, nu. 23.

*Ibidem, cap. 17.*

29 Pro Miſſa conuentuali non ſatisfacit Curatus celebratione Miſſæ anniuerſarij: niſi in eccleſijs, in quibus tantùm eſt vnus ſacerdos.

*Ibidem, actio. 2. decr. vlt.*

30 Miſſæ quæ adhuc celebratę nõ ſunt, & ſuperſunt in eccleſijs totius Dięceſis, vſque ad Synodum Archiepiſcopi Riberæ habitam anno 1578. reducantur in opera pia, & anniuerſaria, dummodo

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

modo oretur,& commemoratio fiat pro illis, qui eas mandarũt. Quantitas eleemoſynæ pro ſingulis anniuerſarijs deſignanda, ſumatur ex quantitate, & circũſtantijs eccleſiarum, & ex cenſibus, qui ex pecunijs Miſſarum creabuntur: vel pro Ordinarij arbitrio pecuniæ illæ in alijs operibus pijs diſtribuantur, iuxtà decretum Concilij Tridentini, quod incipit, Contingit ſæpè, &c. Idem decretum fuit in Synod. Riberæ anno 1584. & in Syno. Riberæ anno 1590. 6. Calen. Iunij.

Decret. 16.

Decret. 22.

31 Miſſas, ordenelas el Racional por boxarte, de manera que no ſe digan todas juntas, porque las aya toda la mañana en la Igleſia; ſi quiera de media en media hora: y nadie en la ſemana que vagare, la pueda dezir a la hora de los officios, ſin licencia

Ex ordinat. Chori ſyno. primæ Riber. ord. 5.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cencia del Preſidente del Choro.

*Ibidem, ord. 5.*

32 A Miſſa de boxarte no eſtè obligado el Vicario de Choro, ni a coſa de la Igleſia que le pueda eſtoruar la reſidēcia del Choro: ſino que la diga a la hora q̃ menos le eſtorue.

*Ibidem, ord. 16.*

33 Miſſas votiuas manifieſtenſe al Racional, conforme decreto de Synodo: pero no ſe pague capſueldo: por los trueques, dilaciones, y eſcandalos que ſe ſiguen. Vide ſuprà, nu. 23. & 28.

*Ex Syno. Riberæ anno 1584. Decret. 8.*

34 Miſſas plures decātari poſſe in eadem eccleſia in die commemorationis omnium ~~Sancto~~- Defunctorum, declarat hæc Synodus, tēperans decretum Synodi Diœceſanæ D. Martini ab Ayala, actio. 1. cap. 14. dummodo ſucceſſiuè decantentur vna poſt aliam; & integræ, à principio ad finem: & pro eleemoſyna cuiuſ-

cun-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cunque Miſſæ decantatæ dentur decem ſolidi. Sed quod ibi decretum fuit de ordine in Abſolutionibus, intactum remaneat.

35 In Miſſa conuentuali, non proferantur ſubmiſſa voce Præfatio, nec Pater noſter, quacunque ex cauſa, ſed cantu. Id etiã prohibemus ad Matutinum de Antiphonis, & Reſpõſorijs, ſub quadraginta ſolidorum pœna, fabricæ applicandorum. *Ibidem, decr. 12.*

36 Ex Miſſa quam celebrat, celebrans in Parœcijs, nullam vtilitatem capiat, niſi propria manu eam deſcripſerit in libro ad id deputato, ſi fuerit ex Miſſis, quas ſoluit Collector. *Ibidem, decr. 13.*

37 Miſſalis Romani cæremoniæ, ac etiam Regulæ Breuiarij ſeruentur ab omnibus ad vnguẽ: & in dubio conſulatur Ordinarius. Vide etiam ſuprà verbo Cæremoniæ, nu. 13. Ex Synod. Ribera anno 1590. 6. Cal. Iun. decr. 6.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ex Syno. Rib. an. 1590. 25. die Octobr. decr. 1.

38 Miſſæ votiuæ eleemoſyna ſint tres ſolidi, quatuor verò Miſſarum perpetuarum, tàm beneficiorum, quàm aliarum. ſi quæ verò reperiãtur maiori eleemoſyna dotatæ, in ſuo ſtatu permaneant.

Ex Synod. Rib. anno 1594. decr. 4.

39 Miſſas, qui tenentur celebrare pro populo, nempè Curati, ne credant ſuo muneri ſatiſfeciſſe, ſi diebus Dominicis, & feſtis dixerint Miſſam nuptialẽ, ſeu pro corpore præſenti: imò tenentur pro illo celebrare his diebus.

Ibidem, Decr. 9.

40 Miſſæ, ad quas Beneficiatus tenetur ex beneficio, ſi ab eo non poſſunt celebrari, deſcribantur in libro Rationalis, & ſtipẽdium earum ſit penes Collectorẽ eccleſiæ: & vtriuſque authoritate celebrẽtur. Nec liceat Beneficiato pro ſuo arbitrio illas cuique committere celebrãdas.

Miſſas

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

41 Miſſas aliquas fuiſſe celebratas, nullus Rationalis fidem faciat per chyrographum à ſe ſcriptum, ſub excommunicationis maioris pęna latæ ſententię, niſi illas, quæ in ſua eccleſia verè fuerint celebratæ. Ex Syno. Ribera anno 1599. Decret. 14.

42 Miſſarum ſolemnium decantatarum, & earum quæ in ſepulturis decantantur, eleemoſina ſint quatuor ſolidi ſacerdoti; diacono verò, & ſubdiacono aſſiſtētibus, vnum ſolidum vtrique. Ad quas Miſſas celebrandas, per turnũ vocentur Rector, ac Beneficiati. Tum etiam pro Miſſa nuptiali dentur quatuor ſolidi Curato. Ex vlt. Syno. Riber. decr. 12.

43 Miſſam conuentualem decantare ſingulis diebus, præſertim Dominicis, & feſtis, decet eccleſiarum Rectores: ſed quia cura animarum diſtenti, præſtare id non poſſunt, volumus vt Ibidem, decr. 13.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

preſbytero illam celebrāti,(qui à Rationali deſignetur) præter aſſuetam eleemoſynam, quatuor denarios erogentur ex Capſouio, vel Burſa communi. Quos etiam Rectori celebranti rependi volumus.

*Ibidem, decr. 14.* 44 Miſſam dum celebrat preſbyter, alter qui deindè celebraturus eſt, ne ſe immiſceat, aut approximet altari, aut veſtire ſe incipiat, vel quæ neceſſaria ſunt circum altare præparet, niſi peracta Miſſa ab illo: ne ſua præſentia celebrantem perturbet, aut accelerare faciat.

*Ibidem, decr. 16.* 45 Laudat Synodus laudabilem conſuetudinem eorum, qui piè morientes, mādant tres Miſſas pro ſuæ animæ ſuffragio decantari, quas vocant, Corporis præſentis, Anniuerſarij, & Capitis anni.

*Ibidem, decr. 17.* 46 Miſſæ, ab aliquo defuncto in

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in ſuo teſtamento mandatæ in genere, non deſignato loco, celebrentur in propria illius Parœcia, & in ea diſtribuantur.

47 Miſſas à ſingulis Beneficiatis quotidie celebratas in ſuis Parœcijs, ſcribant Rationales in Diario ſumma diligentia. Mandamuſque prædictis Rationalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, vt eas Miſſas ex Diario deleant, quas conſtiterit extra proprias Parœcias fuiſſe celebratas. Excipimus verò, cùm propter funus aliquod, vel proceſſionē, clerici comitantes, pro temporis anguſtia, in illa eccleſia recitabunt Miſſas, ad quam funus delatum eſt, vel proceſſio habita. *Ibidem, decr. 18.*

48 Miſſa nuptialis non audiatur à nuptis extrà propriam parœciam, niſi de licentia Ordinarij, & ſolutis decem libris, di- *Ibidem, decr. 19*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

uidendis æquis portionibus inter proprium parochum, Operarium ſanctiſſimi Sacramenti, & ornamentorum: de quarum reali ſolutione conſtet ſyngraphis.

Ibidem, decr. 24. 49 Dum cantatur Miſſa conuentualis, & anniuerſarij, Miſſæ priuatæ tantùm celebrentur in vno, vel pluribus altaribus à Rectore deſignandis.

Alia ad Miſsam pertinentia, Vide verbo Ordinati in ſacris, nu. 11. verbo Dupla, nu. 79. verbo Feſta colenda, num. 2. verbo Pauperes, nu. 22. verbo Officium diuinum, num. 4. verbo Vidua, nu. 7. verbo Matrimonium, nu. 9. verbo Collector, nu. 46. verbo Altare, nu. 6. 7. & 8. verbo Beneficium, nu. 10. verbo Proceſſio, nu. 41. verbo Oratorium, nu. 10. verbo Chorus, nu. 24. & 42. & verbo Beneficiatus, nu. 18.

MO-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

49 MONASTERIA regularium ne ingrediãtur mulieres, ſub excommunicatione latæ ſententiæ Papæ reſeruata. Regulares verò ne illas admittant, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, iuxtà Motum proprium Pij V. Romæ 23. Octobris 1566. niſi quando in prædictis domibus, vel Monaſterijs Miſsæ celebrantur, Proceſſiones fiunt, Fidelium cadauera in illis ſepeliuntur, & pro eis ſuffragia fiunt: & quando, præ multitudine populi, commodè non poſsunt egredi, vel ingredi per principalem portam, ſed vnà cũ alijs ſecularibus per portã clauſtri recto tramite ad portã, qua exitur de Monaſterio, accedũt: iuxta declarationẽ eiuſdem Papæ viuæ vocis oraculo, Romæ 27. Ianuarij 1568.

*In appendice Synod. Ribe. anno 1590. conſt.1.*

50 Ad Monaſterium ſi defera-

*Ex vltima Syno. Riber. decr. 4.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tur funus aliquod, nulla parochia ingrediatur, niſi omnes parochiæ comitantes funus, admittãtur à Religioſis illius Monaſterij.

Alia ad Monaſteria pertinentia, Vide verbo Lectio ſacræ ſcripturæ, nu.1. Proceſſio, num. 35. Regulares, & Moniales.

*Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 3. cap. 19.*

51 MONIALES ne viſitentur frequenter à perſonis eccleſiaſticis ſola colloquendi gratia, ſub excommunicationis pęna. Regulares verò, qui eas ita inuiſerint, ſi admoniti non abſtineant, incurrant pœnas Concilij Tridentini. Sed laici, ab Ordinario, poſt admonitionem, iudicio illius puniantur.

*Ex eadem syno. ſeſſ. 4. cap. 22.*

52 Monialis nouitia antequã profeſſionem faciat, Epiſcopus, vel eius Vicarius, vel alius Delegatus, exploret ab ea ſola, à reliquis Monialibus ſeparata, an

coa-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

coacta, seducta, vel ignorans quid faciat, veniat ad profeſſionem. Exploret etiam an Monaſterium acceperit à Nouitia, ante profeſſioné, bona quæ pro ingreſsu dare debet.

53 Moniales à ſuis Monaſterijs, ſeu clauſura, niſi in caſu magni incendij, vel lepræ, aut epidemiæ, egrediētes: & Superiores licentiam exeundi concedētes, necnon omnes in egreſsu eas comitantes, & recipientes, etiam ſi illarum conſanguinei ſint, eo ipſo incurrant excōmunicationem Papæ reſeruatam; ex Conſtitutione Pij Quinti, quæ incipit, Decori, & honeſtati. Dat. Romæ Calendis Februarij 1569. *Ex append. ad synod. Riber. anno 1590. conſt. 4.*

54 Monialium Monaſteria ne ingrediantur, etiam Prælati, & Superiores, qui poſsunt ex Concilio Tridentino, niſi in caſibus *Ibidem, conſt. 12.*

ne-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ceſsarijs, & comitati probis, & ſenioribus, & religioſis perſonis. Qui contra fecerit, ſi ſit Epiſcopus, pro prima vice ingreſſu eccleſiæ interdicatur: pro ſecunda, à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpendatur: ac deinceps excommunicatus exiſtat. Regulares verò excommunicationem ipſo facto incurrant: ex Motu proprio Gregorij XIII. qui incipit, Dubijs. Dat. Romæ 23. Decembr. 1581.

*Ibid, conſt. 17.* 55 Monialium Monaſteria ingrediendi facultates omnes abrogatæ ſunt per conſtitutionem Gregorij XIII. quę incipit, Vbi gratiæ. Dat. Romæ anno 1575. quibuſcunque perſonis, cuiuſuis ſexus, ſtatus, & conditionis, ſub quibuſcunque formis, & tenoribus conceſsæ fuerint. Sixtus etiam Quintus conſtitutione quæ incipit, Sanctimonialium, 5. Ianuarij

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nuarij 1589. reuocauit omnes licentias ingrediendi, ac ibi permanendi, fœminis conceſsas, ſub excommunicatione latæ ſen intentiæ Papæ reſeruata, ab eo incurrenda qui contra fecerit. Ex vi autem Decreti Concilij Tridentini ſeſſio. 25. cap. 5. de Regularibus, incurritur ex tali ingreſſu excommunicatio non reſeruata: ac ita poteſt à confeſsario abſolui.

Vide alia verbo Monaſteria, num. 50.

56 MONVMENTA, ad Dominicam ſepulturam, in vnã certam formam ſemel redigantur, vt commodius pro cuiuſque templi ratione viſum fuerit, & ita in perpetuum conſeruentur in ſecuro loco: ex quo educantur, cùm erigi debebunt, duobus, vel tribus diebus ante diem quartum hebdomadę ſanctę. Ex Syno. Diœce. Aya. act. 1. c. 15.

Mo-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ex vltima Syno. Riber. decr. 32.

57 Monumentorum ingenti altitudine, & amplitudine excluſa, quæ ab Operarijs maioribus in eccleſijs fieri ſolebãt in hebdomada ſancta, mandamus, vt præcellentior capella, aut locus nobilior in vnaquaque præparetur aulæis, & pannis ſericis, quò magnificẽtius fieri poterit. Deindè pannus pretioſior parieti è regione applicetur, appenſo ſuprà in altum vmbraculo, (quod Baldachinũ vocant) forma quadrata; ad cuius latera apponere liceat ſuper tabulatũ mediocriter elatum colũnas holoſericas cum ſuperliminari, & coronide, vmbraculi altitudinem non excedentibus: & in cauitate, ſupra erecto altari, reponatur Euchariſtia ſacra in arca deſignata.

Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 1.

58 MORIENTES, quomodo in agone conſtituti, piè iuuãdi ſint, ſtatuit Synodus quæ ſe-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſequuntur: Vbi Clerus eſt parochus, & numeroſus populus, eligantur ſingulis annis duo ex Beneficiatis, qui iuuent Prorectorem in munere hortandi mortis periculo laborantes. Vbi penes vnum Rectorem cura fuerit, & parœcia quadraginta domos exceſſerit, Rector vnum presbyterum, (præter Vicarium, vbi haberi debet) eligat, ab Ordinario approbandum, qui adſit morientibus, & accipiat à Rectore competens ſtipendium, & ad quotidianas Beneficiatorum diſtributiones admittatur.

MVLIERES operariæ. Vide Operariæ mulieres.

59 MVLCTAE in Synodis D. Martini ab Ayala impoſitæ inobedientibus, in tres partes diuidantur: vna in fabricam eccleſiæ: ſecunda in pauperum loci ſuſtentationem: tertia tribuatur cri-

*Ex Syno. Prouin. ſeß. 5. cap. 20. & in Syno. Diœc. einſdem Ayal. in fine Synodi.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

criminis delatori, & Miniſtris executoribus.

*Ex conſt. 3. Tho. à Villano.*

60 Mulctas impoſitas per conſtitutiones Synodales D. Thomæ à Villanoua petat Rector, vel eius Vicarius à Collectore, & inter alios clericos Beneficiatos intereſſentes diuidat.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. ca. 30.*

61 Mulctatus ſi aliquis fuerit à Curato, vel eius Vicario, & his abſentibus à Præcentore, Rationalis ne remittat mulctã, ſub duorum ſolidorum pœna.

*Ex ordin. Synod. Chori Riber. ord. 27. & in ordin. Tho. a Villanoua ord. 3.*

62 Marque el Retor, o Vicario en las diſtribuciones por vn mes al clerigo que con eſcandalo del pueblo, o del clero, conturbarà el officio diuino, y dira palabras injurioſas contra el Retor, o Vicario, o otro clerigo, en el Choro, o en la Igleſia; y fuera della, o en las proceſſiones, y mortuorios fuere riñendo, o vozeando. Y tẽga el marcado

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cado obligacion de ſeruir aquel mes: y apliqueſe la marca conforme diſpone la Sinodo.

# N

NICHILES, ſiue debita inexigibilia Cleri. Vide verbo Clerus, nu.44.

1 NOTARII non admittantur in Curia eccleſiaſtica, niſi probi, periti, & examinati: nec qui domicilium ſtabile non habent in Diœceſi, officium ſuũ exercere permittãtur, niſi prius de protocolis, & regeſtris fideliter ſeruandis, & ab ea Diœceſi, in qua acta receperint, nõ aliò abducendis, cautionem ſecuram dederint. *Ex syno. Prouin. ſeßi. 5. cap. 19.*

Vide de Notarijs Viſitationum, verbo Viſitator, num. 14.

OBLA-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# O

OBLATIONES, ſiue Offertas. Vide verbo Miſſa, nu.16. & verbo Confraternitas, nu.63. & Parochus, nu.5. & verbo Baptiſmus, nu.2.

OBSTETRICES. Vide verbo Baptiſmus, nu.3. & 6.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. c. 29.*

1 OFFICIALES eccleſiæ, cùm eliguntur à Clero, ſi vota paria erunt, præualeat pars cui Rector adhærebit.

*Ex Syno. Ribe. anno 1599. decr. 7.*

2 Officialium eccleſiæ electio, Clero in Capitulo conueniéte, fiat tacitis, & occultis ſuffragijs. Sed de alijs requiſitis ad eorum electionem, vide verbo Rationalis. & Syndicus. & Collector.

3 Officiales eccleſiæ, quando abſentes poſſint lucrari diſtribu-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

butiones eccleſiarum. Vide verbo Diſtributio, nu.71.& 72.

4 OFFICIA ſacra dum aguntur, aut concio ad populum habetur, nulla ſolutio fiat à Rationali, & Collectore, ſub duarum librarum pœna: & ſub eadem, Capitulum cõgregari Rector, vel Vicarius non ſinant. *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. ca. 5.*

5 In oppidis, in quibus cõmodè fieri poteſt, ſaltẽ diebus Dominicis, & feſtis colendis, veſperæ decantentur. Matutinum etiam decantetur non tantùm in nocte Natiuitatis Domini, & tribus diebus ante Paſcha: ſed etiam eius Sancti, cui templum dedicatum eſt, ac feſti Reſurrectionis Domini, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis Beatę Mariæ, Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, ſi non pleniore cantu, ſaltem ſubmiſſiore, ſtatim poſt Cõ- *Ibid. act. 1. cap. 6.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pletorium. Beneficiatus, qui nõ interfuerit, priuetur primo actu, vel perpetuali. Eccleſiæ verò, quæ moris habent cantare Matutinum prædictis, vel alijs diebus, media nocte, vel alia hora, ſeruent ſuam conſuetudinem.

*Ex conſtit. Villano. cõſt 3. & vide aliam ſimilem ſuprà verb. Mulcta, nu. 62.*

6 Officia diuina, clericus qui cum ſcandalo conturbauerit, & verba iniurioſa in Rectorem, Vicarium, vel alium clericum, etiã citra manus iniectionem, intra eccleſiam, aut extra, in proceſſionibus, vel funeralibus dicere præſumpſerit, ſeu rixando, vel vociferando in diuinis officijs ſcandalum fecerit, per menſem integrum percacijs priuetur ipſo facto: & nihilominus officijs aſſiſtere teneatur: illa verò percacia per Rectorem inter alios intereſſentes diuidantur.

Vide multa ad Officia diuina pertinentia verbo Chorus. & ver-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bo Matutinum officium, nu. 11. & verbo Miſſa, nu. 24. & verbo Altare, nu. 7. & 8.

7 OPERARII, ſiue los Obreros de las parrochias, quomodo eligendi ſint. Vide verbo Electiones, nu. 13.

8 Operarij maioris, ſiue Præfecti operum parœciæ, munera, & omnia, quæ ad eius officium ſpectant, deſcripta ſint in tabella aliqua, quæ ſuſpenſa maneat in ſacriſtia: eamque ineunte anno teneantur Rector, vel Vicarius Operario demonſtrare, ne aberret præ ignorantia. Ioannes verò à Ribera in vltima Synodo, præcipit, librum debere confici per Syndicum, vel Notarium parœciæ, intra annũ à die publicationis dictæ Synodi, in quo deſcripta ſint omnia munera, & onera, non ſolùm Operarij maioris, ſed etiam quorum-

*Ex Syno. Ribera anno 1594. Decret. 6.*

*Decret. 7.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cunque aliorum Operariorum: qui liber in Archiuo ſeruetur, & initio anni nouis Operarijs Breuiculum illius tradatur, vt quiſque ſciat quæ ad eum ſpectent. Præcipit prætereà in prædicto libro, omnia cenſualia, & redditus ad omnes Operarios pertinentia, & in quos vſus conſumi debeant, diligenter deſcribi.

*Ex Syno. Riberæ anno 1594. Decret. 2.*

9 Operariæ mulieres, intra mœnia Valentiæ, ne eligantur ad feſtum Aſſumptionis Virginis Mariæ in noſtris eccleſijs. Sed Rector, vel eius Vicarius, vnà cum clericis aliquot, & cum eo qui patinam Deiparæ Virginis toto anno in eccleſia defert, aduentante prædicta feſtiuitate, totam parœciam percurrant petentes à parochianis eleemoſynam ad celebrandam feſtiuitatem. Quare admonendus erit maturè prædictus Patinifer huius

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ius magnæ ſolemnitatis, ad eum præ cæteris curam pertinere in parœcijs intrà vrbem.

Vide alia ad Operarios pertinentia, verbo Patiniferi.

OPERA pia. Vide Pia opera.

10 ORATORIA priuata coercere volentes, præcipimus ſub priuatione licentiæ, ne quis in illis audiat Miſſam in Dominicis, & feſtis diebus, niſi ille qui infirmitate detinetur, aut ex alia iuſta cauſa, quam prius Parochus dignoſcat. Euchariſtia autẽ nullatenus tradatur in prædictis Oratorijs, & Miſſis, domeſticis, & adſtantibus, ſub excommunicationis maioris pœna. *Ex Syno. vlt. Riber. decr. 9.*

Vide alia ad Oratoria, & Capellas pertinentia, verbo Confraternitas, nu. 63. & verbo Miſſa, num. 27.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Ex Syno. Prouin. ſeßio. 3. cap. 5.*

11 ORDINATI minoribus Ordinibus recipiant Euchariſtiam in feſtis Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, in eccleſijs in quibus ſunt addicti: Subdiaconi, & Diaconi, præter hos tres dies, etiam in feria quinta in cœna Domini, & in feſtis Aſſumptionis Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum: hoc addito, quod in die Cœnæ Domini, & Reſurrectionis, cõmunicẽt de manu ſacerdotis celebrantis Miſſam cõuentualem. Presbyteros hortatur Synodus, vt ſaltem in diebus Dñicis, & feſtis celebrẽt. Curati verò toties celebrent, vt muneri ſuo ſatiſfeciſſe videantur, niſi iuſtam habeant excuſationem. Porrò Curati, qui ex iuſta cauſa ſuis eccleſijs non inſeruiunt, ſi ſunt ſacerdotes, celebrent in omnibus Chriſti feſtis, & in quatuor Vir-





© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ginis ſolemnibus: ſi non fuerint, recipiant Euchariſtiam eiſdem diebus. De quibus fidem faciãt Vicario Epiſcopi, vel Officiali, vel parocho loci: alioqui ab Ordinario corripiantur.

12 Ordinatus in ſacris vtatur veſtibus talaribus nigris, vel illorum colorum, qui honeſti videantur in clerico: ſed ſciſſis nõ vtantur calceis, (*Calças acuchilladas*) neque geſtent annulos in digitis, niſi cõpetat illis ex officio, vel dignitate: in ſubuculis collaria rugata (*Lechuguillas*) minimè deferant, neque additamenta illa ſinuoſa, (*Polaynas*) extremitati manicarum ſubuculæ adiungant. Veſtibus ſuperioribus ex ſerico villoſo, aut raſo cõfectis, (*de tercio pelo, o raſo*) minimè vtãtur, ſub pœna amiſſionis omniũ prædictarum veſtium. Illud maximè curent presbyteri ne fa- *Ibidem, cap. 13.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cras veſtes celebrationi Miſſæ dicatas, ſuper veſtes breuiores, quàm talares, induant. Denique cupit Synodus, eccleſiaſticos, nec pannoſos, & laceros incedere, neque veſtitos veſtibus exquiſita arte confectis; ſed eas geſtent, quæ præſeferant animi quietem, & modeſtiam. Quibus addit Ribera in vltima Synodo, ordinatos in ſacris, & minoribus, vti tantùm debere tibialibus, obſcuri ſaltem coloris, vel violacei fuſci.

*Decret. 26.*

Vide alia infrà, nu. 21. & 23.

*Ex Syno. Prouin. ſeßi. 3. cap. 14.*

13 Ordinati in ſacris ne deferāt arma per oppida: ſed enſem (non autem tormentum manuarium) geſtare licet, niſi ex Ordinarij cognita cauſa, cùm iter faciunt.

*Ibidem, decr. 15.*

14 Ordinati in ſacris ne agant perſonas in comœdijs, aut mimos, aut hiſtriones. Crapulam, & com-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

& compotationes fugiant. Cõuiuijs verò, ad quæ fœminarum, & laicorum magna, ac inquieta turba concurrit, vbi veriſimile ſit ſcandalum, aut animæ periculum oriri poſſe, ne interſint. Et præces horarias nemo perſoluat in vicis, & feneſtris, vel alijs locis parum decoris, ſed in locis orationi congruentibus.

15 Ordinatus in ſacris nõ prodeat ſuperpelliceo indutus ad quodcunque forum, vel cauſarũ curiam: ſub pœna vnius argentei pro qualibet vice. *Ibidem, cap. 16.*

16 Ordinatus in ſacris non agat perſonam Procuratoris ſæcularis perſonæ, aut œconomi, aut ſolicitatoris cauſę ſecularis. Tum etiam prohibetur eſſe aduocatus, niſi in cauſis eccleſiaſticis, aut miſerabilium perſonarum: ſub viginti librarum pęna, aut carceris quindecim dierum. *Ibidem, cap. 17.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rum. & ſub eadem pęna, ne ſint conductores fructuum, etiam ecclesiaſticorum.

*Ibidem, cap. 18.*

17 Ordinatus in ſacris nullus habeat domi fęminam ſuſpectã: ſi admonitus non expellat, agat in eum Ordinarius, quaſi in concubinarium. Presbyteri verò ne comitentur fœminas pedeſtres, vel equeſtres, exceptis matre, ſorore, matertera, amita, nepti, conſobrina: ſub pęna ſex librarum, vel ſex dierũ carceris.

*Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 4. cap. 21.*

18 Ordinatum in ſacris capere non audeat iudex ſecularis, aut captum detinere præſumat: ſub excommunicatione latæ ſententiæ, contenta in cap. ſi quis ſuadente diabolo: ſed ſi ipſum mutato habitu inuenerit in aliquo crimine, quam primùm intelligat ordinatum eſſe, ad eius ſuperiorem deferat. Si hora incommoda fuerit, tantiſper eum deti-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

detineat pro Superiore in decẽti loco, cũ modeſtia, & ſine moleſtia, donec ad illum deferre poſſit. Vide alia de hoc argumẽto, verb. Iudex ſecularis, n. 7.

19 Ordinatus in ſacris ne publicè ludat pila, aut alijs ludis, nec in Miſſis nouis, aut nuptijs det operam ſaltationibus, nec choreis. Laruatus præterea ne incedat; nec inſtrumenta muſica pulſando, aut per vicos profano more cantando vagetur: ſub inobedientiæ pœna, ac ſex argenteorũ pro prima vice: pro ſecunda, duplicata pœna. Qui pluries, grauiùs arbitrio Ordinarij puniatur. *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. ſeſsi. 1. c. 2.*

20 Ordinatos in ſacris hortatur Synodus, vt ſe abſtineant à publicis omnibus ſpectaculis, ludis, & certaminibus: vt ſunt, in quibus equites haſtis concurrunt (*Iuſtas.*) vel cùm emiſſis vltrò, *Ibidem, cap. 3.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

trò, citroque arundinibus (*Iuego de cañas*) ludunt. In virtute verò ſanctę obedientię illis pręcipit, ne interſint publicis taurorum ſpectaculis, ac torneamentis equeſtribus: ſed qui tauros agitauerit, ſit ipſo facto excommunicatus.

*Ibidem, cap. 4.*

21 Ordinati in ſacris deferant veſtem talarem integram, ac fibulatam, ita vt nihil indecorum oſtentari poſſit ex veſtibus interioribus: in templis verò, dum ſacra fiunt, ne vtantur galero, aut ſoleis cãnabiſinis, aut ſparteis. Vide infrà num. 23.

*Ex Synod. Riber. anno 1578. acti. 1. cap. 7.*

22 Ordinatorum in ſacris cauſæ criminales per Notarios laicos ne tractentur in Tribunali Ordinarij.

23 Ordinatus in ſacris nullus geſtet galerum publicè, & vt plurimum, abſque neceſſitate: ſed pileis honeſtis. Qui in ſua eccle-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ecclesia galerum portauerit, amittat illum. Vide ſupra num. 18.

Alia ad ſacris initiatos pertinentia, Vide verbo Curia eccleſiaſtica, num. 69. & verbo Peregrini, n. 26. & verbo Defunctus, nu. 47.

24 ORDINE vno initiatus, niſi in eo ſe exercuerit, non promoueatur ad alium: & donec coram Magiſtro cæremoniarũ, vel alio Examinatore ab Ordinario deputando, tentatus fuerit an probè ſit in eo inſtructus. *Ex Syno. Prouin. ſeßi. 2. cap. 34.*

25 Ordine ſubdiaconatus qui non fuerit inſignitus, ne cantet Epiſtolam indutus Dalmatica, nec altari tanquam ſubdiaconus ſeruiat. Qui non paruerit, ac etiam Curatus, qui id permiſerit, pendat quinque ſolidos quiſque. *Ibidem, cap. 36.*

26 Ordines, quibus, & quomodo conferendi ſunt, ſic ſtatuit Six- *In append. ad Synod. Ribe. anno 1590. conſt. 16.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat valenciana)

Sixtus V. in Motu proprio, qui incipit, Sanctũ, & ſalutare. Nonis Ianuarij anno 1588. Si quis Epiſcopus, vel Abbas, quemcũque ſecularem, vel regularẽ prima tonſura inſigniuerit, aut Ordines maiores, vel minores dederit, pręter diſpoſitionem iuris communis, & Concilij Tridentini, ipſo facto ſit priuatus ab ingreſſu eccleſiæ, & ſuſpenſus à collatione tonſuræ, & quorumcũque ordinum; & ab executione omnium munerum Pontificalium. Suſpenduntur etiá clerici, ſic malè promoti, ab executione, & miniſterio Ordinum, & omni ſpe ad alios Ordines aſcendendi. Quod ſi præſumpſerint ſic miniſtrare, effectos irregulares, ſolus Romanus Pontifex poſſit à prædictis cenſuris abſoluere.

*Nota Clementem VIII. Motu pro-*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*proprio, qui incipit, Romanum Pontificem. Pridie Calen. Martij anno 1595. reduxiſſe pœnas, & cenſuras prædictæ Conſtitutionis Sixti V. ad terminos ſacrorum Canonum, & ad Conſtitutionem Pij II. quæ incipit, Cùm ex ſacrorum Canonum. 15. Calen. Decemb. & ad diſpoſitionẽ Concilij Tridentini, & reſtrinxiſſe contra quoſcunque, præterquam contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos inflictas, quas voluit in ſuo robore permanere.*

27 Quibus Ordinibus debeant eſſe ordinati Canonici, Vide verbo Canonicus, nu. 2.

# P

1 PAROCHIAM propriã, vt parochiani adeãt, diebus Dominicis, & feſtis colendis ad audiendam Miſſam, & verbum Dei, longa, & efficaci oratione hor-

*Synod Riber. anno 1584. in Præfatione.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Decret. 34. hortatur Synodus. In vltima verò Synodo Riberæ concedũtur quadraginta dies indulgentiæ omnibus intereſſentibus Miſſæ conuentuali, vel Veſperis, in propria Parœcia.

Alia ad propriam Parœciam pertinentia, Vide verbo Puerpera, num. 46. verbo Confeſſio, num. 48. 49. & 50. verbo Euchariſtia, nu. 17. 18. & 22. verbo Miſſa, num. 45. 46. 47. & 48. verbo Parochus, num. 5. & verbo Defunctus, nu. 11. 12. 14. 15. 16. 36. 37. 40. 51. 53. 55. 58. 61. 63. 65. & 66.

PAROCHIALIS eccleſia. Vide verbo Eccleſia, nu. 2. 5. & 6. & verbo Sigillum, nu. 6.

Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 1. cap. 6.

2 PAROCHVS domum incolat templo propinquam. In tẽplo frequenter agat. Morientes piè hortetur. Pauperum rationẽ habeat. Apud ſe notet eos qui in publico aliquo peccato ver-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

verſantur, & moueat: incorrigibiles ſecretò denunciet Prælato. Quòd præſtet bis, qui intra quinque leucas à Valẽtia diſtat: ſi vltrà, ſemel ſaltem in anno denunciet, ſub pœna duarum librarum in vſus pauperum.

3 Parochi ne abſint à ſuis eccleſijs, ſine licẽtia petita, & obtẽta in ſcriptis gratis: iuxtà Decretum, cenſuras, & pœnas Cõcilij Tridentini ſub Pio IIII. Vide infrà, nu. 9. & 12. *Ibidem, ſeßio. 23. cap. 2.*

4 Parochus initio Quadrageſimæ, vnum, aut plures confeſſores habeat, qui eum adiuuẽt in ſubditorum cõfeſſionibus audiendis: & cùm augebitur numerus venientium ad confeſſionem, augebit etiam Confeſſorũ numerum. Deſignabit autem dies ordinatim, in quibus populus accedat ad confeſſionem in Quadrageſima, per vicos, & *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 1. ca. 18.*

 do-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

domos in diebus illis deſignatis.

*Ibidem, cap. 20.*

5 Parochorum proprium eſt ex iure communi feſta populo indicere: ſacram Euchariſtiam, cùm ex præcepto Eccleſię ſumitur, illi miniſtrare: oblationes ab eo recipere: ob campanarum pulſationem aliquid iure exigere: & his ſimilia. Caueant ergò Monachi hæc in Monaſterijs facere.

*Ex conſtit. Chori Synodi Thomæ a Villan. conſt. 15.*

6 Parocho, vel, eo abſente, Vicario parœciæ, omnes clerici reſidentes obediãt in his quæ ad diuinum officium pertinent: ita quod ſi aliquid omiſerint, vel commiſerint circa officium, decentiam, & honeſtatem Chori, habeat facultatem eos mulctandi. Mulcta verò inconcuſsè obſeruetur.

*Ex iurib. funera. Ayal. nu. 1.*

7 Parochus, vel quicunque alius miniſtrauerit ſacramenta, miniſtret ea gratis.

Pa-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

8 Parocho præſente, vel eius Vicario, ſi ipſe abeſt, fiat diſtributio veſtium, vel quorumcunque indumentorum, cùm diſtributio inter pauperes fiet in parœcijs. Vide iterum de hoc, verbo Pauperes, nu.23. *Ex Synod. Riber. anno 1578. act. 1. cap. 4.*

9 Parochi ne abſint à ſuis parœcijs, dum officia celebrantur, in feſtis Chriſti Domini noſtri, Beatæ Mariæ, Sanctorum Titularium parœciarum, aut Patronorum: etiã prætextu verbi Dei alibi prædicandi: ſub pęna quadraginta ſolidorum, applicandorum fabricæ ſuæ eccleſiæ. *Ibid. cap. 8.*

10 Parochus, ſub eadem pœna, doceat populum Doctrinam Chriſtianam diebus Dominicis. *Ibidem.*

11 Parochi principio Aduentus viſitent ſuos parochianos, vt criminoſis poſſint remedia adhiberi, ac etiam vt parochianos hortentur, vt Sacramentorum *Ex eadem Syno. act. 1. cap. 16.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

frequentia ſe præparent ad Natiuitatem Domini. Principio verò Quadrageſimæ omniū nomina ad confeſſiones deſcribat. Vide de hoc, verbo Quadrageſima, nu.1. & verbo Confeſſio, num.48.

*Ibidem, cap. 21.* 12 Parochi à ſuis eccleſijs abſentes ſine facultate Ordinarij, præter peccatum mortale, priuētur fructibus pro rata temporis abſentiæ, in fabricæ vſum. Operarius verò fabricę illius parœciæ notet in libro coram Rationali, vel eo abſente, coram alio ſacerdote, dies abſentiæ Rectoris, vt conſtare poſſit Ordinario.

*Ibidem, cap. 26.* 13 Parochus exponat ſe in eccleſia ad confeſſiones audiendas parochianorum, diebus Dominicis, & feſtiuis, vna hora ante Miſſam conuentualē: ſub viginti ſolidorum pœna.

Paro

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

14 Parochi, & eorũ Vicarij nihil accipiãt pro labore legẽdi in eccleſijs ad populũ Monitiones matrimoniales, edicta ad ſacros ordines, vel cuiuſuis alterius rationis literas, quarũ lectio ad illorum munus ſpectat. Poſſint autem accipere quatuor nũmos pro literis monitorijs, & chartis excommunicatorijs: ſed pro vna Paulina, aut alijs longioribus literis, ſolidum vnum. Huic decreto addit idem Ribera in Synodo anni 1599. non tantùm ob lecturam monitionum matrimonialium nil debere accipere Rectores, nec eorum Vicarios, ſed nec ob ſubſcriptionem, vel ſigillum.

*Ex Synod. Riber. anno 1584. dec. 1.*

*Decr. 8.*

15 Parochi, qui in duabus eccleſijs celebrare tenentur duas Miſſas diebus Dñicis, & feſtis, id poſſint per ſubſtitutos, ſi legitimè fuerint impediti.

*Ex Syno. Ribe. anno 1590. 6. Cal. Iun. decr. 2.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Vide alia ad Parochos pertinentia, verbo Prædicare, num. 30. verbo Doctrina Chriſtiana, num. 75. & 76. verbo Patiniferi, num. 16. verbo Euchariſtia, nu. 17. & 18. verbo Domus, num. 77. verbo Morientes, num. 58. verbo Miſſa, nu. 21. 29. 39 42. 43. & 48. verbo Altare, nu. 6. & 7. verbo Officiales, vel Officia Eccleſiæ, num. 1. verbo Confeſſio, num. 49. & 50. & verbo Mulcta, numer. 62.

*Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 5. cap. 6.*

16 PATINIFERI, ſiue Bacineros, ſolùm admittantur, dũ ſacra res agitur, intra eccleſias, (niſi noua adſit ab Ordinario facultas) illi qui deferũt patinas fabricæ parœciæ, pauperũ verecundantium, ſancti Corporis Chriſti, ornamentorum eccleſiæ, ſanctæ Mariæ virginis, Animarum Purgatorij, & pauperum Hoſpitalis generalis. Hi verò

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

verò petãt in Miſſis priuatis, vel cùm ſacerdos ſe induit ad Miſsã celebrandam, vel peracta communione. In conuentuali Miſſa id ne fiat, niſi peracto Euangelio, & præeunte Rectore, vel eius Vicario ad oblationes quęrendas.

17 Patinifer eleemoſynæ animarum Purgatorij rationẽ reddat ſucceſſori ſuo, præſente Rectore, vel eius Vicario. Rationes verò ſeruet eas Rector, vel Vicarius, vt eas examinet Viſitator. At eleemoſyna cedat in celebrationem Miſſarum in ea eccleſia pro animabus Purgatorij, vel in aliud opus pium, conſulto Ordinario. *Ibidem, cap. 7.*

18 Patiniferi eleemoſynas datas in eccleſijs ad fabricam, luminaria, & ornamenta, reponãt in vnam arcam ſub tribus clauibus. Vnam habeat Rector, vel *Ex Synod. Diœceſ. Ayal. act. 1. cap. 13.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Vicarius : Iuratus oppidi alteram : alterā Operarius fabricæ. Arca verò ſeruetur in ſacriſtijs, ſi talis mos fuerit: alioquin (maximè ſi eccleſia tuta non fuerit) in domo Operarij fabricæ. Sed pecunia indè non extrahatur, niſi cùm opus fuerit, & præſente Parocho, vel Vicario, qui etiam in libro deſcribet. Quod ſi magna portio inſumenda ſit, fiat de licentia Ordinarij, vel Vicarij foranei.

*Ibidem.*

19 Patiniferi fabricæ, ornamentorum, Corporis Chriſti, Virginis Mariæ, & alij, librum habeāt eleemoſynarum : & ſucceſſoribus, præſente parocho, rationem reddant. Quæ deindè examinentur à Viſitatore.

*Ex ordin. Synod. Chori Riber. ordin. 14.*

20 Patiniferi, ſiue los Bacineros clerigos, no vayan al Choro a cobrar las diſtribuciones, por la inquietud que traen. Y no

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

no las ganen los dias de fieſtas, quando vienen a pedir los Bacineros legos, ſino entraren en el Choro.

21 Patiniferi, ſiue los Bacineros, no paguen Miſſa, ni Salue, ni Aniuerſario por menudo, ſino el Bolſero del Clero, y en ſu auſencia el Racional: aunque ſea fieſta, o Dobla de particular. *Ibidem, ord. 15.*

Alia ad Patiniferos ſpectanctia, Vide verbo Operarij, nu. 7.8.& 9. & verbo Confraternitas, nu. 63.

PATRONVS Beneficij. Vide verbo Ius patronatus, nu. 10. & verbo Præſentatus, num. 34.

22 PAVPERES mendici ne permittantur in templis, aut eorum ſacellis, dum ſacra res agitur, ſed petant eleemoſynam ad ianuam templi. Huic decreto *Ex Syno. Prouinc. ſeſ. 5. cap. 6.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

to addidit Ioannes à Ribera in Synodo anni 1590. 6. Calendas Iunij, ne pauper aliquis, aut cæcus orationes recitās, eccleſias, petendi eleemoſynam gratia, ingrediatur, dum prædicta officia diuina aguntur, ſed conſiſtāt foras ad ianuas templi: contumaces foras expellantur, & ad Archiepiſcopi carceres deducantur.

Decret. 4.

Ex vlt. Syno. Riber. decr. 7.

23 Pauperes verecundi accipiant veſtes omnes, quas cum illis diſtribuere ſolent Operarij, ſiue Patres pauperum parochiarum, conſilio, & interuentu parochorum, quando veſtes confectæ fuerint ex redditibus annuis piorum legatorũ, ad id expreſsè à Fidelibus relictorum. Quod etiam obſeruetur in partitione eleemoſynarũ pecuniariarum, quæ inter pauperes verecundos diuidendę à pijs teſtatori-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

toribus relinquuntur, quando nulla certa forma diſtributionis præſcripta eſt. Si hæc in præſentia Rectoris non fiant nullus admittatur à Iudice piarum cauſarum ad abſolutionem, & definitionem. Vide ſuprà verbo Parochus, nu. 8.

24 Pauper infirmus ex vno Hoſpitali in aliud ne deferatur, niſi prius viſitetur à Curato, vt eius confeſſionem audiat: vt ſi opus fuerit, ne pereat in itinere ſine ea, ac reliquis Sacramentis neceſſarijs, vt addit Synodus Riberæ anni 1590. 6. Calen. Iunij. Quæ etiam adiunxit, ne populi ipſos pauperes deportari ſinant in locum aliquem, aut in aliquo conſiſtere permittant, in quo nõ ſit aliquis ſacerdos, ne ſi mors ingruat, careant ſpirituali ſubſidio.

Ex Synod. Riber. an. 1578. acti. 1. cap. 28.

Decr. 13.

Vide alia ad Pauperes pertinen-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nentia, verbo Curia eccleſiaſtica, nu.65.

Ex Syno. Prouin. ſeßio.2. cap.30.

25 PEREGRINI, qui vagantur ſimul, mas & fœmina, nō recipiantur in Hoſpitali poſt vnam noctem, quando tranſacto feſto Dominicæ reſurrectionis, vſque ad Pentecoſten, adhuc nō ſatisfecerunt præceptis Confeſſionis & Euchariſtiæ: & niſi intra triduū peccata confiteantur, & iudicio Confeſſoris Euchariſtiam ſuſcipiant.

Ex eadem synod. ſeſſ.3.cap.21.

26 Peregrini clerici non admittantur ad diuina celebranda ſine ſui Ordinarij Dimiſſorijs. Quas teneātur renouare, qui ex Regnis Hiſpaniæ deuenerunt huc, intra dimidum annum poſt præſentationem: alienigenæ verò intra annum.

Alia de Peregrinis, Vide verbo Proceſſio, num.42. & verbo Matrimonium, num.6. & 7. &

ver-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

verbo Clerici exteri, num.43.

27 PIORVM operum legata, ſi quæ à fidelibus in teſtamentis mandata ſunt eccleſijs, clauſula authentica illorum tradi debet eccleſiæ, ſcripta, & obſignata à Tabellione teſtamenti receptore: nec anteà Manumiſſores abſoluat Auditor piarum cauſarum. Tales verò clauſulæ ter in Capitulo publico clericorum legantur per ſingulos annos, vt ſemper memoria retineantur. Vide Teſtamentum, nu. 14. *Ex vltima Syno. Riber. decr. 8.*

Vide alia ad Pia opera ſpectantia, verbo Defunctus, nu.7. Capitulum, num.8. Beneficium, nu.12. & 14. Cenſualia. Clerus. Operarij. Teſtamenta, & Teſtamentorum executor, ac Teſtamentorum iudex, qui vocatur Auditor piarum cauſarum.

PRAECENTOR, ſiue

Ca-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Capiſcol. Vide verbo Proceſſio, num.45. & Chorus, num.33. 36. & 40.

*Ex Syno. Prouin. ſeſſ.1.cap.1.*

28 PRAEDICARE ne audeat in noſtra Diœceſi Concionator, etiam Religioſus, niſi fuerit approbatus ab Ordinario, cum facultate in ſcriptis obtenta. Capitulum verò, quod niſi cum his qualitatibus admiſerit in ſua eccleſia Concionatorem, mulctetur quinque libris, Parochus vna.

*Ibidem, cap.2.*

29 Prædicatores exteri ne deducantur ex alijs Prouincijs in noſtram Valentinam ad concionandum, inconſulto Ordinario.

*Ibid. cap. 5.*

30 Prædicent Curati, & doceant, per ſe, vel per alium, (ſi impediti fuerint) in ſuis eccleſijs plebem, Fidem, & mores, diebus Dominicis, & feſtiuis: quod preſtēt frequētiùs in Quadrageſima, & Aduentu. Si per alium,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

alium, & Beneficium curatũ exceſſerit valorem centum aureorum, facient Curati impenſas: niſi populi, neglectis Concionatoribus à Curato oblatis, pro curioſitate alios aduocent. Si verò Beneficium prædictum valorem non attigerit, populus particeps ſit impenſarum pro arbitrio Ordinarij. Curatus renitens, pro prima vice puniatur dimidio aureo; pro ſecũda, vno; pro tertia, duobus; & in pertinacia, cenſuris, & pœnis ad libitum Ordinarij.

31 Prædicatores inchoent cõcionem de Paſſione Domini in Venere ſancto, paulò ante ortũ ſolis, & ad ſummum duret per duas horas. *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. acti. 1. cap. 7.*

32 Prædicatori beneficiato, cùm concionem habere debet, detur punctum in parœcijs: ſed ſi concio habenda eſt extra vrbem, *In iurib. funera. Ayal. conſt. 39.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bem, ne excedat punctum diem illum: nam pro puncto lucrando diei ſequentis veſperis illi aſſiſtendum eſt.

*Ex ordina. Chori Ribe. ordin. 18.*

33 Prædicatio, & concio, dum habetur ad populum, clauſam habeat ſacriſtiam, qui illius curam gerit.

Alia ad Conciones, & Concionatores pertinentia, Vide verbo Religioſi, nu. 2. Templũ, num. 3. Officia diuina, num. 4. & Chorus, nu. 24. & 28.

*Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 5. cap. 15.*

34 PRAESENTATVS à Patrono ad Beneficium, iuret an pactio aliqua interuenerit inter ipſum, & Patronum, vt ferat iudicium Ordinarius, an ſit canonica præſentatio.

PRIMA tõſura. Vide verbo Coronati.

PRIMITIA. Vide verbo Decima.

*Ex Syno. Prouin.*

35 PROCESSIONES

Cor-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Corporis Chriſti, Aſſumptionis beatæ Mariæ, vel aliæ, ne fiant extra Monaſteriorum ſepta per vicos. Neque parochis liceat illis intereſſe: ſub pœna parocho, quadraginta ſolidorum; ſingulis verò presbyteris, decem.

36 Proceſſiones dum fiunt, ne admittãtur ſclopetarij homines, ſed ab eis arceantur. *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. c. 4.*

37 Proceſſio cùm peragitur, omnes clerici compoſiti, & ordinatè procedant in ſuo loco, & choro, ſecundum antiquitatem, & dignitatem: ſub duorum denariorum pœna. Quibus addit Ribera, Vicarium Chori incedere debere vltimum in ſecundo Choro, vt omnibus prouideat. *Ex ordinã. Chori villano. ordi. 2. & ex ordinat. Riber. ord. 3.*

38 Proceſſioni, quæ intra eccleſiam fit, ſi non interſit clericus, mulctetur quatuor denarijs: in ſolemnibus verò extra eccle- *In ordinat. villano. ordin. 7.*

M ſiam.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſiam, ſoluat vnum regale, niſi illo die exierit ad concionandum.

Ex Syno. Riberæ anno 1599. Decret. 1.

39 In Proceſſionibus generalibus procedant parœciæ impermixtæ: ſed in Proceſſione ſolẽniſſima Corporis Chriſti cingãt hinc indè ſuum tabernaculũ pretioſis cappis ſuę eccleſiæ induti. Quid quod, quoties ad aliquem actum per annum euocantur extra eccleſiam, in egreſſu, & regreſſu comitentur crucem. Qui decreto non paruerit, priuetur à Rationali emolumenti illius actus. Vide de hoc argumento, verbo Defunctus, nu. 46.

Ex Synod. Rib. anno 1578. act. 1. cap. 33.

40 Proceſſio ſi fiat cum cruce extra eccleſiam, & ad eam non reuertatur eodem die, mulctentur quinquaginta ſolidis, in fabricæ vſus, Curatus, Vicarius, & Beneficiati.

Ex ordinat. Chori Riber. ord. 11.

41 Proceſſione clauſtrali per eccle-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eccleſiam diſcurrente, nemo audeat Miſſam in ea dicere: ſed omnes adſtent proceſſioni. Idē ſtatuit Ribera in vltima Synodo, decr. 24.

42 In Proceſſionis modum ne fiant peregrinationes ab oppido in oppidum, non vocato oppidi Curato: & ſub excommunicatione latæ ſententiæ caueāt Curati, ad quorum loca peruenerit ea Proceſſio, ne illis obuiā veniant cum Proceſſione, vel aliàs; & ne ad illorum ingreſſum campanæ pulſentur. *Ex Syno. Ribera anno 1584. Decret. 4.*

43 Proceſſiones ne fiant ab eccleſijs, ſed nec à Confraternitatibus cum ſuis imaginibus, etiam intra ſepta domorum Confraternitatum, & eccleſiarum, niſi comitante clero, & cruce propriæ parœciæ. *Ex vltima Syno. Riber. decr. 10.*

44 A Proceſſionibus ſolemnibus Corporis Chriſti, Aſſum- *Ibidem, decr. 33.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ptionis Virginis Mariæ, & vtriuſque Vincentij, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ arceantur equi, quadrigæ, & currus, à vicis ꝑ quos Proceſſio facienda eſt: ita quod nec deambulent per illos vicos, nec ſiſtant, quocunque prætextu & cauſa.

*Ex Syno. Ribe. anno 1599. decr. 5.*

45 In Proceſſionibus, ac funeribus deducendis, non ſe admiſceant Præcentores cantoribus, ſed præcedant, præcinentes in cantu ſimplici.

*Ex Syno. Prouin. ſeſs 2. cap. 6.*

46 PVERPERA in primo domus egreſſu inuiſat propriam parœciã cum infante offerendo, & audiat ibi Miſſam: ſub quinque argenteorum pęna; quam poſſit Parochus minuere cum muliere paupere.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2 ca. 5. & in iurib. funeral. eiuſdem, orat. 39.*

47 PVNCTVM ad ſequẽtes actus ne amittant qui literis operam dant, quandiu in ſcholis

lectio-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lectionibus adſunt. Quibus addit alibi Ayala, etiam dandum eſſe punctum his, qui occupati ſunt negotijs eccleſiæ, vel alijs iuſtis impedimentis; qualia etiã ſunt adminiſtratio ſacramentorum, & pia exhortatio infirmorum ad moriendum. Vide Chorus, nu.28.

48 Qui non adfuerit veſperis, medietatem Anniuerſarij illius diei perdat: & qui defuerit Miſſæ maiori, alteram medietatem, ſi occurrat Anniuerſarium: & ſiue occurrat, ſeu non Anniuerſarium, qui non adfuerit Miſſæ, perdat punctum omnium funeralium actuum, à meridie, vſque ad mediam noctem illius diei: & qui non adfuerit veſperis, amittat pũctum à media nocte vſque ad meridiem diei ſequentis. Pro notandis verò his qui amittunt punctum, eligatur vnus clericus. *Ex conſtit. villæ nouæ conſtit.* 12.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ordinat. 21. Declarat verò Archiepiſcopus Ribera in ſuis Ordinationibus Synodalibus Chori , punctum lucrandum eſſe ad vltimum Kyrie eleiſon Miſſæ, & ad primum Gloria Patri Pſalmi Horarum.

Vide multa ad Punctum pertinentia, verbo Diſtributiones, num. 67. & 71. Chorus, num. 15. 22. 23.

# Q

Ex Synod. Riber. anno 1578. acti. 1. cap. 23.

1 QVADRAGESIMA transacta, ſi quis mutauit domicilium, Parochus parœciæ, vbi nunc habitat, petat ab eo ſchedulam confeſſionis. Quod ſi non dederit, procedat in eum, ac in proprios ſubditos, qui cõfeſſi non fuerint.

Alia ad Quadrageſimam ſpectantia. Vide Parochus, num. 4. &

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

4. & 11. & Confeſſio, num. 48. & 49.

2 QVARTAE ius debitum in funeribus, ſic exigatur: Ex intorſticijs, ſeu funalibus cereis maioribus, quæ funus comitantur, accipiantur duo pro Quarta, quos maluerint. Si minores cerei adferantur, aut ſine cereis mortuus ſepeliatur, accipiantur ſex ſolidi pro Quarta: aut ex paruis illis cereis, tot quot ex conſuetudine loci accipi ſolēt. Quibus addit Ayala in ſuis ordinationibus funeralibus, prædictam Quartam poſſe accipere quemlibet Curatum, etiam à non ſuo parochiano, ac Sedis Armariarium. Sed id, peracta ſepultura, & Miſſa, atque tātùm ſemel, niſi fiat cōmemoratio, ſiue Remembrança, poſt ſepultum funus. Tunc enim iterum debēt Quartare. De Albatis verò ac-

*Ex iuribus funeralib. Ayalæ, ordinat. 43.*

*Synodus Riberæ anno 1584. Decret. 2.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cipiãt duos cereos pro Quarta, ſi deferantur: alioquin duos ſolidos.

*Synod. Riber. anno 1584. decr. 8*

3 Quarta funeralis ceræ cùm accipitur, ſit prima in accipiendo parœcia vnde funus effertur: ſecunda, illa, in quam infertur.

*Ex iurib. funera. Ayalæ. Ordinat. 44.*

4 Quando vinieren la Cofadria de la Virgen Maria de la Seo, de Santiago, o de Sant Arcis, tome el Armariero de la Seo dos hachas, o cirios de los mejores que ſe truxeren: y ſi huuiere otra cruz, ſin la de dicha Seo, tomarà otras dos hachas, o cirios, ſino huuiere tomado al enterrar: y ſi ſera cuerpo, o Remembrãça general de todas las parrochias, pueda tomar ſeys; eſto es, dos por el Obiſpo, y dos por la Cofadria.

*Ibidem, ord. 45.*

5 Quãdo de vna Igleſia, o Moneſterio ſe huuiere de rehazer la

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

la Quarta por la cera a otra Igleſia, no ſe parta por medio la hacha, o cirio; ſino que ſe rehagan por la Quarta de dos hachas, quatro ſueldos; y por la de los cirios de los Albadetes, ſeys dineros: y quede en facultad del que ha de rehazer, pagarlos, o que ſe los paguen.

6 Quarta canonica, ſeu funeralis, quæ hactenus ex Clementina de ſepulturis, & ex antiqua conſuetudine huius Diœceſis, ſolui ſolita eſt, ſoluatur iuxtà formam ſequentem.

Primò ſtatuimus, De legatis quacunque via factis à defuncto Sedi, vel parœciæ Valentinæ, non deberi Quartam parœciæ, cuius erat defunctus; niſi talia legata fuerint dimiſſa pro expẽſis exequiarum ipſius defuncti: nam tunc debetur illi Quarta, vltra duos cereos, qui virtute pri-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

priuilegij Regis Iacobi debētur cruci parœciæ defuncti. Quod ſi fortè defunctus omnes cereos, quamuis multi ſint, qui in ſuis exequijs deſeruient, legauerit eccleſiæ, vel Monaſterio vbi ſepelitur, de omnibus illis, cuiuſcunque formæ fuerint, detur quarta pars parochiæ defuncti.

Ex Synod. Riber. anno 1590. 6. Calen. Iun. decr. 21.

Si defunctus dimiſerit alicui eccleſiæ, ſeu monaſterio, vexilla, tapeta ſerica, vel aurea, calices, cruces, aut alia quæcunque ornamēta, quæ ſolùm in honorem, & cultum Dei, & eccleſiæ deſeruiunt, vel quantitatem aliquam ad ea facienda; de iſtis non debetur portio Quarta parochiæ dicti defuncti: ſed ſi talia fuerint dimiſſa, vt poſt obitum illius conuertãtur in vſum, vel vtilitatem propriam ſacerdotum, vel fratrum eccleſiæ, vel monaſterij vbi fuerit ſepultus, ſi

talis

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

talis dimiſsio ſortitur ſuum effe-
ctum, tunc de his debetur Quar-
ta portio.

Si defunctus dimiſerit pecu-
niam, vel Miſsas aliquas eccle-
ſiæ, vel monaſterio, & etiam di-
miſerit ſuæ parochiæ, in qua ſe-
pultus fuerit, aliquod de prædi-
ctis legatis, tunc non debetur
Quarta portio dictæ eccleſiæ de
legatis aliarum eccleſiarum. Si
verò non meminerit parochiæ
ſuæ, in qua ſepultus eſt, tunc de
melioribus legatis alijs eccle-
ſijs relictis primò debetur ſibi
vnum: quia mater defuncti fuit,
vbi eccleſiaſtica ſacramēta ſunt
illi miniſtrata.

Si defunctus elegerit ſepultu-
ram in aliquo monaſterio, ſeu
eccleſia, quæ non fuerit Sedes
Valentina, nec aliqua parochia-
rum eiuſdem, & dimiſerit illi
monaſterio, ſeu eccleſiæ centū,

ratio-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ratione ſepulturæ ibi electæ, & ſuæ parochiæ dimiſerit decem pro canonica portione ei debita, tunc de illis centum debent ſuperaddi parochiæ quindecim, pro complemento vigintiquinque, quæ dictæ parochię debentur pro Quarta portione dictorum centum. Si autem talis abſolutè legauerit dictæ parochiæ decem, non intentione ſoluendi dictam Quartam portionẽ, tunc integrè percipiat dictos decem, & vltra hoc viginti quinque pro ſua Quarta portione: & hoc fuit inductum in cõpenſam damnorum, quæ Sedes, & parochiæ prædictæ ſuſtinent propter priuilegium quod habent audiendi confeſſiones, & recipiendi parochianos dictarum eccleſiarum parochialium ad ſepulturam.

Si quis elegerit ſepulturam in aliena diœceſi, etiam ſi de iure

non

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

non ſit ſoluenda portio Quarta parochiæ defuncti, tamen quoniam talis eſt conſuetudo in Valentina Diœceſi, ſi euenerit caſus, Quarta portio debet ſolui parochiæ dicti defuncti.

Si quis dimiſerit Rectori, vel Curato eccleſiæ, vbi ſepelitur, Miſſas, Rector, vel Curatus propriæ parochiæ debet habere Quartam partẽ ipſarum: ſic tamen, quod ipſæ Miſſę celebrentur per ſacerdotes reſidentes in dictis eccleſijs. Sed ſi legauerit dictas Miſſas alicui Beneficiato, ſeu presbytero eccleſiæ, vbi ſepelitur, tunc de illis non debetur Quarta pars Rectori, vel Curato propriæ parochię. Nã dimittens vni ſacerdoti, vt eſt vna particularis perſona, & non eſt caput eccleſię, non ſic intelligitur dimittere, quod totus clerus dictę eccleſię habeat vtilitatem

ipſa-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ipſarum. Niſi in dicta eccleſia ſit conſuetudo, quod Miſſæ relictæ vni particulari, ſint communes omnibus: quia tunc Quarta portio debetur propriæ parochiæ.

Declarantes per hanc conſtitutionem in nullo derogari, vel præiudicium inferri priuilegijs veris, expreſſis, & confirmatis, ac in viridi obſeruantia exiſtentibus, hactenus conceſſis à Sede Apoſtolica Mendicantium Ordinibus, ſeu alijs perſonis.

QVAESTORES. Vide Licentia petendi.

## R

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 29.*

1 RATIONALIS Parochiæ cùm eligendus erit, Clerus duos nominet, quos Ordinario proponat, vt alterum pro

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pro ſuo arbitrio eligat, Valentiæ. Extra vrbem, alterum ex illis erigere, munus erit Rectoris.

Alia ad officium Rationalis concernentia. Vide Defunctus, num. 66. Beneficiatus, num. 18. Miſſa, num. 23. 28. 31. 33. 40. 41. & 47.

RECTOR. Vide Parochus.

REDVCTIO Miſſarum. Vide Beneficium, numer. 10. & Miſſa.

2 RELIGIOSI vagantes extra monaſteria, etiam cũ Ordinarij facultate, non permittãtur prædicare, vel Miſſas celebrare in noſtris eccleſijs: exceptis qui negotijs Religionis occupantur, aut alia cauſa ab Ordinario approbata. *Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 1. cap. 2.*

3 Religioſi de ſuo ordine ad Canonicorum ordinem translati, *Ibidem.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ti, & extra monaſteria viuentes, non admittantur ad prædicandum, animas regendas, confeſſiones audiendas, vel ad aliquod beneficium.

*Ex Syno. Prouin. ſeß. 4. cap. 23.*

4 Statuta, quę de Regularibus ſancita ſunt à Concilio Tridentino, ſeruentur diligenter ab eorum Superioribus, & ab Epiſcopis: ſub pœnis ipſis Superioribus Regularium à Concilio impoſitis: & ſub pęna ducentorum ducatorum, Epiſcopis qui hoc decretũ in monaſterijs ſibi ſubditis non ſeruauerint.

*Ex Syno. Prouin. ſeß. 5. cap. 6.*

5 In Regularium eccleſijs nulla patina eleemoſynaria permittatur ad pauperum ſuſtentationem ex monaſterij authoritate: nec eleemoſynæ ad id collectæ monaſterij arbitrio diſtribuantur.

*Ex conſtit. funeral. Ayal. conſti. 41.*

6 Religioſos ningunos ſean admitidos a qualeſquiera autos den-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dentro de las Igleſias ſeculares, ſino los que en ſemejantes autos admiten a los clerigos ſeculares en ſus moneſterios.

7 Regulares, quas pœnas incurrant, ſi ſuſcipiant ordines ſacros, non ſeruata Concilij Tridentini forma, aſſignata ſeſſion. 21. cap. 2. Videatur Motus proprius Pij Quinti, qui incipit, Romanus Pontifex. Romæ anno 1568. *Ex append. ad Synod. Riber. anno 1590. conſt. 3.*

8 Regulares nulla ratione admittant ad habitum, & profeſſionem natos ex ſacrilegio, aut inceſtu, ſub excommunicatione maiore latæ ſententiæ Papæ reſeruata: ex Motu proprio Sixti Quinti, qui incipit, Cùm de omnibus. Romæ 6. Calen. Octobr. 1587. *Ibidem, conſt. 15.*

Alia de Regularibus. Vide Defunctus, num. 8. 11. 20. 25. 33. 39. & 59. Proceſſiones, num. 35.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Reliquiæ, num. 9. Prædicare, nu. 28. Parochus, num. 5. & Monaſteria.

Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 4. cap. 10.

9 RELIQVIAE ne exponantur quæſtui in portis eccleſiarum, vel monaſteriorum, ſub excommunicationis pęna: & pro adductione earũ ad infirmos, ne accipiatur eleemoſyna. Vide alia, verbo Superſtitio.

REPRAESENTATIONES, & Comœdiæ. Vide verbo Templa, num. 7. Cantiones, num. 1. & verbo Ordinati in ſacris, nu. 14.

# S

SACELLA, & Capellæ. Vide verbo Miſſa, num. 19. & 27. verbo Confraternitas, num. 59. & 63.

SALTATIONES. Vide verbo Chorea,

SA-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

1 SACRAMENTVM nullum miniſtretur ab aliquo in priuatis domibus, niſi infirmis, dempto Matrimonio. Ex Synod. Riber. ann 1578. act. 1. cap. 24.

Vide alia decreta in ſingulis Sacramentis, ſuis locis. & verbo Parochus, num. 4. 5. 7. & 11. & Confeſſio, nu. 48. 49.

SCHOLAE. Vide verbo Libri, nu. 4.

SCHOLASTICI, ſiue Eſtudiantes. Vide Punctum, numer. 47.

2 SCHOLANI, ſiue Sacriſtanes, vt eccleſijs deſeruiāt, talis ætatis eligantur, vt deferendæ cruci ſufficere poſſint, & alijs eccleſiæ muneribus obeundis. Ex Synod.

3 Scholanis, in actibus funerarijs, diſtricte mandamus, vt cum cruce aſſiſtant: illamq; vſque ad finem manibus erectam teneant: ſub priuatione portionis talis actus. Ex Syno. Riberæ anno 1578. acti. 1. cap. 35.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ex Synod. Riber. anno 1594. decre. 7.

4 Scholani Metropolitanæ eccleſiæ Valentinæ, atque Collegiatarum Setabenſis, & Gandienſis, ne ſint coniugati: idque curent Curati in cæteris eccleſijs, in quibus poſſit hoc non incommodè ſeruari.

Alia de Sacriſtanis, ſiue Scholanis. Vide verbo Defunctus, num. 25. & 30. & Chorus, num. 13.

Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. ca. 28.

5 SEPVLTVRA, ſeu ſepeliendi ius, quod tranſeat ad hæredes, cùm alicui dabitur, ne fiat ſine facultate Ordinarij: & erogabit fabricæ eccleſiæ in hac vrbe decem libras, vt minimùm: extra, ſex. Poſſit autem qui hoc ius accipiet, ſuis locum ad ſepeliendum dare: nulloque ob id grauamine ab vllis afficiatur.

De Sepulturis. Vide verbo Defunctus.

SI-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

6 SIGILLVM proprium habeat vnaquæque parochia, cũ peculiari illius ſigno, aut imagine illius Sancti, cui dicata eſt: & cum illo ſigillo ſignẽtur acta, quæ in teſtimonium Baptiſmi, Confirmationis, Matrimonij, & alia quæcunque danda fuerint. Sigillum verò apud Rectorem cuſtodiatur: qui cùm hoc teſtimonium ſigillo munitum dabit, ſolùm accipiat vnum ſolidum.

*Ex Syno. Ribe. anno 1590. 6. Cal. Iun. decr. 17.*

SISAE, & impoſitiones. Vide Eccleſiaſtici, nu. 7. & 8.

SPECTACVLA publica. Vide Ordinati in ſacris, nu. 20. & Taurorum ludus, nu. 2.

7 SVBDIACONI Beneficiati admitti poſſunt ad omnes diſtributiones, excepta Extrema vnctione. Ne verò induatur dalmatica qui ſubdiaconus non ſit, aut altari audeat inſeruire.

*Ex Synod. Riber. anno 1584. decret. 9.*

*Ex Syno. Prouin ſeſſi. 2. cap. 36.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ex Syno. Prouin. ſeſſ. 4. cap. 10.

8 SVPERSTITIONEM cum redoleat, nullus imagines Sanctorum filis, aut re alia metiatur, vt huiuſmodi menſurę ad infirmos deferantur: Neve hoſtiæ, in quibus nonnulla ſcribi ſolent, eis præbeantur.

Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 29.

9 SYNDICVS Cleri à maiori parte Capituli eligatur.

Ex Syno. Prouin. cap. vlt. vltimæ ſeſſ.

10 SYNODVS Prouincialis ſub D. Martino ab Ayala non voluit alicui præiudicium parari ex ordine, quem Synodo aſſiſtentes ſeruarunt in ſedēdo, vel ferendo ſuffragia, aut dicendo ſententiam.

11 SYNODALIA ſtatuta Martini ab Ayala, quoties publicè legenda. Vide verb. Martini ab Ayalæ ſtatuta.

Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. ca. vlt.

12 Synodalia ſtatuta D. Thomæ à Villanoua, quæ in Concilio Prouinciali, vel Diœceſano D. Martini ab Ayala non fuerūt re-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

reuocata, vel immutata, ſeruentur in hac Diœceſi.

13 Synodales Iudices, & Examinatores, cùm noui creantur in Synodo Diœceſana, cæteri nominati in præcedentibus Synodis, ipſo facto ceſſant ab officio. *Ex vlt. Syno. Riber. decr. vlt.*

Iudices verò in hac creati ſunt.

Doctor Gaſpar Tapia, Canonicus, & Archidiaconus Valen.

Don Michael Vich, Canonicus, & Sacriſta.

Doctor don Chriſtophorus Frigola, Canonicus, & Decanus.

Doctor Ludouicus Ioannes Fababuix, Canonicus.

Frater Chriſtophorus Sanchiz de Borgia, Vicarius Generalis Seruitarum.

Examinatores verò.

Doctor don Franciſcus Lopez de Mendoça, Canonicus Valentinus.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Doctor Martinus Belmont, Canonicus Valentinus.

Doctor don Federicus Villaraſa, Canonicus Valentinus.

Doctor Petrus Ioannes Trilles, Præpoſitus Sedis Valentinæ.

Doctor Ioſephus Rocafull, Prępoſitus.

Doctor Ioãnes Paſqual, Rector Sancti Martini.

Gaſpar Eſcolano, Rector Sancti Stephani.

# T

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. ſeßi. 1. c. 3.*

1 TAVRI cùm agitantur in aliqua platea, claudantur templa quæ in illa ſunt, ſub duarum librarum pœna à tranſgreſſoribus ſoluenda.

*In append. ad Synod. Ribe. anno 1590. motu proprio 11.*

2 Licet Motu proprio Pij V. anno 1567. ipſo facto excommunicati ſint, ciuitatum, & locorũ do-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

domini, & Gubernatores, permittentes in ſuis ciuitatibus, oppidis, aut locis, fieri in foro, vel circo, taurorum, vel aliarum ferarum ſpectacula. Gregorius tamen XIII. limitauit, tantùm ad dies Dominicos, & feſtiuos. Ordinatos verò in ſacris, illis ſpectaculis intereſſentes, eadem cenſura deuinxit. Vide de hoc argumento verbo Ordinatus in ſacris, num. 20.

*Aduertat Lector, Clementem 8. Motu proprio, qui incipit, Suſcepti muneris. 13. Ianuarij 1592. excommunicationem, cæteraſque pœnas in Conſtitutionibus prædictis Pij V. & Gregorij XIII. contentas, quoad omnes in illis expreſſos, ſuſtuliſſe, in regnis Hiſpaniarum dumtaxat; exceptis Monachis, & Fratribus Mendicantibus, & alijs cuiuſcunque Ordinis: eaſdemque Pij V. literas, ad terminos iuris communis, (cui per præ-*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*præſentes Clemens VIII. non intendit derogare ) perpetuo reduxiſſe. Verum eſt prædictum Clementem VIII. ibidem ſummopere hortari clericos beneficia eccleſiaſtica habentes, & ordinatos in ſacris, ac etiam in dignitate conſtitutos, ne hac facultate abutantur.*

*Ex Syno. Prouin. ſeßi. 3. cap. 11.*

3 TEMPLA, etiam Monaſteriorũ, ſub nocte, pulſata Aue Maria, claudãtur, (nec tunc habeantur ſermones in eis ) excepta nocte Natalis Domini, & ſi quæ aliæ ſunt, in quibus contraria conſuetudo iam olim inualuit: ijs etiam Tẽplis exceptis, in quibus Præces matutinæ ſingulis diebus, authoritate Apoſtolica, initio noctis dicuntur.

4 In Templis, quæ cantiones poſſint cantari, & quæ comędiæ repræſentari. Vide verbo Cantiones, nu. 2.

*Ex Syno. Prouin. ſeß. 5. cap. 7. & 9.*

5 In Templis, ſub excommuni-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nicationis pœna, prohibentur deambulationes, dum ſacra celebrantur, vel concio habetur. Prohibet etiã Synodus in Templis, quę gentilitios ritus ſapiũt, qualia ſunt phaleræ, & militaria vexilla in conſpicuis eorum locis pendentia, atque galeæ, & ſcuta prominentia.

6 Intra Templa Parochi non ferant laruatos homines, aut qui officia perturbent. Nec arcabuzij in Templis, aut machinæ ſulphurariæ in turribus Templorũ permittantur. Vide infrà, nu. 12. Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 2. cap. 4.

7 In Templis nullo modo fiãt repræſentationes, & actiones perſonarum, etiam de rebus honeſtis, & ad deuotionem mouẽtibus: ſub pœna duarum librarum, curato, clero, vel cuicunque communitati, quæ eas conſenſerint. Ex Synod. Ribera ann. 1590. 6. Calen. Iun. decr. 14.

8 Templorum parietes perfo- Ex Syno. Diœce. Ayal. act. 2. c. 12.

rari,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rari, & feneſtras aperiri ad ſacra audienda, districtè præcipimus Rectori, & Clero ne ferant: & ſi quæ ſunt apertæ, & extructæ, viſitentur à Viſitatoribus Ordinarij, & tollatur abuſus.

*Ibidem, cap. 13.* 9 Fœminæ, quæ Templorum parietibus ſeptæ degunt, (Emparedadas vulgo vocantur) ne admittãtur poſt hac: admiſſę verò, à Viſitatoribus Ordinarij viſitẽtur: ſed Miſſa apud eas nõ celebretur, niſi in mortis articulo.

*Ibidem, cap. 17.* 10 In Templa, laici ne conuocent ſua concilia, & cętus, acturi de negotijs prophanis, ſub excommunicationis pœna.

*Ex Synod. Riber. anno 1578. acti. 1. cap. 29.* 11 Templorum parietes, tecta, vel fores, nemo rumpat, aut perforet, vt lignea tabulata conſtruantur ad ſpectandos ludos prophanos: ſub excommunicatione latæ ſententiæ.

*Ibidem, cap. 34* 12 Templa ne ingrediãtur laruati,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

uati, ac alij ludentes, cùm celebrantur officia: nec petant eleemoſynas nomine eccleſiæ, vel Sancti alicuius: ſub excommunicationis pœna. Vide ſuprà, num.6.

13 Curent Curati, ſub ſex librarum pœna, ne in templis viri cũ mulieribus ſoli colloquantur, & ſeuerè eos compellãt exire foras.

*Ex Synod. Riber. anno 1590. 6. Calen. Iun. decr. 10.*

Vide alia verbo Eccleſia, nu. 3. verbo Vigiliæ, nu.8.& 9. verbo Tauri, num.1. & verbo Campanæ.

14 TESTAMENTORVM clauſulas, in quibus pia opera demandata ſunt eccleſijs, faciãt Capitula, & Rectores deſcribi in aliquo libro, (ſub decem librarum pœna) in forma authentica, expenſis teſtatoris. Notarij ſi non tradant prędictas clauſulas, iuſtis pœnis ab Ordinario com-

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 1. cap. 12.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

compellantur. Vide Pia opera, num.27.

*Ex eadem Syno. act.2. cap.20.*

15 Inteſtatus ſi quis obijt, portionem conuenientem qualitati, & facultatibus perſonæ deputet Ordinarius in animæ ſubſidium: de cuius morte eum admoneat parochus intra decem dies.

*Eadem Syno. act. 1. cap. 11.*

16 Teſtamenti ſui executorem nemo inſtituat, ſub excommunicationis pœna, aliquem regularem, vel exemptum. Nec Notarius, ſub eadem pœna, eum in teſtamento inſcribat executorem. Ex hinc verò ſint irreritæ clauſulæ, in quibus teſtator eximit executores ab obligatione reddendæ rationis Prælato.

*Ex Syno. Rib. anno 1578. act. 1. cap. 1.*

17 Teſtamentorum iudex, (ſiue Auditor piarum cauſarum, ſiue pater pauperum Chriſti) pro examine, & definitione piarum cauſarum, accipiat pro qualibet

libra

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

libra quatuor denarios tantùm; ita quod ſtipẽdium valorem triginta librarum non excedat: ex illis verò quatuor nummis, detur vnus Auditori, alter Notario, alter Procuratori piarũ cauſarum, quartus verò in pia opera, iudicio Ordinarij, erogetur.

18 Teſtamentorum iudex, vbi Viſitator partem aliquam Diœceſis cœpit viſitare, ne mittat literas citatorias ad Manumiſſores, illic incolentes, vbi adeſt Viſitator: ſub pœna amiſſionis expenſarum, quæ factæ ſunt contra eos, qui a Viſitatore ſunt abſoluti. Verùm Viſitator cùm Valẽtiam peruenerit, intra octo dies, prædicto Iudici piarũ cauſarum oſtendat Teſtamenta à ſe definita: alioqui reus ſit expenſarum, ſi quæ à Iudice ignoranter factæ ſunt in Manumiſſores. Idem, quod Viſitator, præſtet

*Ex Syno. Riberæ anno 1559. decret. 4.*

Offi-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Officialis Setabẽſis cum eodem Iudice, intra viginti dies, ſub ijſdem pœnis.

19 Teſtamentis pia opera relicta, intra annũ debent compleri. Vide Defunctus, num. 7.

Vide alia de Iudice Teſtamẽtorum, verbo Miſſa, nu. 28.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 18.*

20 TESTIS, qui apud Iudicem, vel perſonam aliquam publicam iurauerit falsò in damnum proximi, ſit ipſo facto excommunicatus.

De Teſtibus, Vide Curia eccleſiaſtica, num. 66.

D. THOMAE à Villanoua Archiepiſcopi Valentini ſtatuta. Vide verbo Synodalia Statuta, nu. 12.

# V

VESPERTINVM officium. Vide Officia ſacra, num.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tium. 5. & Matutinum officium, num. 11.

1 VESTIBVS ſacris ne induantur laici in repræſentationibus myſteriorum. Rectores, & Sacriſtæ, qui eas conceſſerint, viginti ſolidis mulctentur. *In Syno. Prouin. ſeß. 5. cap. 10.*

Veſtes clericorum. Vide Ordinatus in ſacris, nu. 12.

2 VICARIVS tẽporalis, abſente Rectore, ipſius Rectoris locũ teneat: præſente verò, detur ei locus poſt antiquiorẽ Beneficiatum in altero Choro. *Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. cap. 31.*

3 Vicarium habeant, cum cõpetenti ſalario, omnes parochi intra ciuitatem Valentiæ: extra verò, ſi fructus parochiæ, præter eas oblationes, quæ ex pede altaris recipiuntur, valeant trecẽtas libras, quæ in proprios vſus Curati cedant, vltra pedem altaris. Sed parochia ſancti Martini Valentiæ habeat duos, eoſ- *Ex Synod. Riber. anno 1578. act. 1. cap. 9.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

demque habeat parochia Diui Ioannis de Mercato, pro multitudine populi. Prætereà in omnibus oppidis Diœceſis, quæ mille domibus conſtant, habeant Curatus, vel Clerus, qui Curatum vnitũ habet, duos Vicarios coadiutores. Si verò Rector ſuſpenſus ſit, vel abſens ſine licentia Ordinarij, præter dictum Vicarium, vel Vicarios, addatur illi alius Vicarius Coadiutor.

*Ibidem, cap. 20.*

4 Vicarius, vel Vicarij Rectoris, in ſubſtitutorum loca, quando vacauerint, primi admittantur. Verùm ſi Beneficiati fuerint illius eccleſiæ, diſtributiones Beneficiati non ideò amittant. Sed idem Archiepiſcopus Ribera in Synodo anni 1594. decreuit, eoſdem Vicarios, quia quaſi Prorectores ſunt, in cunctis eccleſijs admitten-

*Decret. 3.*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tendos eſſe ad omnes Diſtributiones, ac ſi eſſent veri Beneficiati.

5 Vicarij Rectorum compelli non debent ad proceſſiones adeundas quacunque ex cauſa fiãt, nec ad vmbellam deferendam, nec ad alium pro ſe ſubſtituendum. *Ex vltima Syno. Riber. decr. 28.*

Alia ad Vicarios temporales pertinentia, Vide Chorus, num. 25. & Parochus, nu. 6.

6 VICARIVS Chori vnus habeatur in omnibus parochijs, cui Chori regimẽ incumbat, & in eo ſuperiorem non agnoſcat. Curet autẽ quod clerici ordinatè, & pacatè incedãt in proceſſionibus, actis funerarijs, & delatione Euchariſtię ad infirmos: quos mulctare poſſit, ſi non obediant. Quod ſi prædictus Vicarius ſuum munus non exercuerit, iuxtà Conſtitutio- *Ex Syno. Riberæ anno 1578. act. 1. cap. 36. & in conſtitutio. Chori conſt. 8.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nes, puniatur excommunicationis pœna, & duarũ etiam librarum, quas fabricæ illius eccleſię applicamus: & ſub eadem pœna mandamus omnibus clericis, vt in prædictis omnibus illi obediant. Quibus addit idem Archiepiſcopus Ribera in Conſtitutionibus Chori, quod ſi in mulctis impoſitis à Vicario Chori clericis, non illi parent Rationalis, vel Burſarius cùm illas applicat, certiorem ſtatim de eo faciat Ordinarium.

*Conſtitut. 13.*

Alia de Vicario Chori, Vide Chorus, nu. 28. 33. 36. & 40. Miſſa, nu. 32. & Proceſſio, nu. 37.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. act. 2. c. 15.*

7 VIDVAE ab audienda Miſſa, diu ne ſe abſtineant: & cũ ei interſunt, ne audiant Euangelium ſedentes, aut luctus cauſa ne inducant aliquem nouum ritum in eccleſia, ſed eius præcepta ſeruent.

VI-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

8 VIGILIAE publicæ in omnibus templis interdicuntur in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna: ac etiam in Oratorijs publicis. *Ex Syno. Prouin. ſeſ.4.cap.11.*

9 Periculoſum eſt fieri nocturna conuenticula hominum, & mulierum, quocunque pietatis prætextu, in priuatis domibus, aut vicis publicis extructo altari aliquo, conuocatis cæcis, & alijs cãtoribus; cùm inde ſaltationes, dicta iocularia, cantilenæ turpes, & multa ſcandala oriantur. Quare interdicimus ſecularibus vniuerſis, ne huiuſmodi conuenticula fiant. *Ex vltima Syno. Riber. decr. 31.*

10 VIRGINIS Mariæ Cõceptionis lis, ſic à Pio V. temperata fuit, anno 1570. in Conſtitutione quæ incipit, Super ſpeculas. pridie Calen. Decembr. Quicunq; Concionatores in cõcionibus, vel in conuentu viro- *In appendice ad Synod. Riber. anno 1590 conſt. 8*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rum, & mulierum, de contro-uerſia Conceptionis, pro alte-rutra parte præſumpſerit diſpu-tare rationibus, vel authoritate Patrum, aſſerẽdo propriam ſen-tentiam, & contrariam refellen-do, aut de eadem quæſtione ſcri-bere, ſit ipſo facto ſuſpenſus à diuinis, ſi in ſacris exiſtat.

*Ex Syno. Diœceſ. Ayal. actio. 1. c. 12.*

11 VISITATIONIS li-brum habeat quælibet eccleſia, ſub decem librarum pœna: qui liber his tantùm rebus quæ ad Viſitationem ſpectant ſit deſti-natus.

*Ex Syno. Ribe. an no 1578. act. 2. cap. 1.*

12 Viſitatoribus, cùm eccle-ſias Diœceſis Viſitatione gene-rali viſitabunt, viginti ſolidis in ſingulos dies, pro ſe, ac ſuis fa-miliaribus conferentur, ab his, quibus id de more incumbit, & ea ratione, & modo, quo fieri ſolet. Nec verò plures dies in ſingulis locis conſumant, quam qui

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

qui in indice Dietarum pręſcripti ſunt. Si paucioribus ſe abſoluerint, illorum tantùm dierum, quibus manſerint, ſtipendium accipiant. Præter quod nullum munus, etiam voluntariè oblatum, recipiant, ſub excommunicatione latæ ſententiæ. Sed nec illis dare Rectores, vel clerici, per ſe, vel per alium audeant, ſub eadem pœna. Tantummodo gratis recipiēdi ſunt hoſpitio, ab illo, vel illis, quibus id ex conſuetudine conuenit. Quia verò non expedit Curatos eos hoſpitio excipere, hortamur populum, vt id præſtet. Et quia in aliquibus locis, ex conſuetudine, populus ſoluere ſolet, quod Viſitatori ſoluitur, optio datur populis, vt ſoluere poſſint, vel in illis viginti ſolidis, vel in alimentis, quibus ipſos Viſitatores alant in prædicto



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dierum numero: excepta Ciuitate Valentiæ, quæ ex antiqua conſuetudine immunis habetur ab hac ſolutione. Vide ſequens Decretum.

*Synodus Riberæ anno 1584. Decret. 15.*

13 Temperantes ſupradictum Decretum, conceditur Viſitatoribus, vt poſſint poſthac Rectorum, ac clericorum domibus hoſpitio excipi: & pœnã excõmunicationis illic appoſitam, declaramus eos tantùm ligare, qui ſuis expenſis Viſitatores aluerint, & Viſitatores ipſos, qui præter ſtipendium illa alimenta acceperint.

Ex *Syno. Rib. an.* 1578. *act. 2 cap.* 1.

14 Viſitationis prædictæ Notarij, tantùm accipiant duos ſolidos pro regeſtro, & copia cuiuſcunque chartæ formæ maioris, eorum omnium, quæ in Viſitatione ſcripſerint. Mandata verò ſemel ſcripta, ne iterum ſcribantur, ſed tantùm fiat mentio

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tio eorum ſummatim, additis quæ de nouo prouiſa fuerint. Mandata etiam, quæ à Viſitatoribus fient, & partibus exhibenda erunt, eodem modo ſoluantur.

15 Viſitationis dies ſoluendos declaramus debere eſſe dies vtiles; hoc eſt, que en los Domingos, y fieſtas de guardar ſe le pague al Viſitador la dieta en el lugar donde ſe hallare, vltra de las dietas declaradas en el ſiguiente Aranzel. *Ibidem, in vltim. verbis synodi.*

---

## DIOECESIS DIETAE.

Grao de Valēcia, dos dias.
Alboraya, y Almacera, 3.
Albalat de Sorell, 2.
Algimia, y Alfara, 2.
Alfafar, Benitucer, y

Payporta, 2.
Alaquas, 2.
Albal, 2.
Alginet, 2.
Almuçafas, y Benifayo, 3.
Albalat de Pardines, 2

Alge-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Algemeſi, 3.
Alcudia de Carlet, 2.
Antella, 2.
Alcantara, 2.
Anna, 2.
Agullent, 1.
Albayda, 5.
Agres, 2.
Alcoy, 10.
Alzira, 10.
Alcalali, y Moſquera, 2.
Burjaſot, 2.
Binaleſa, 1.
Betera, 2.
Benaguazir, 2.
Beniſano, 1.
Bicorp, 2.
Bolbayt, 1.
Beniganim, 4.
Belgida, 2.
Bocayrent, 6.
Beniajar, 1.
Bañeres, 2.
Biar, 5.
Beniça, 4.
Calp, 2.
Campanar, 2.
Carpeſa, 2.
Çucayna, 2.
Cortes de arenos, 3.
Chullella, 3.
Chiua, 2.
Chiluella, 2.
Carlet, 3.
Chella, 2.
Carçre, 2.
Caſtello de Xatiua, 3.
Canals, 3.
Caſtalla, 4.
Cocentayna, 6.
Ceta, 2.
Calloſa, 3.
Campell, 1.
Caſtello de Rugat, 2.
Cullera, 5.
Çueca, 4.
Caſtell de caſtells, 2.

Cilla,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Cilla, 2.
Denia, 6.
Enguera, 4.
Enoua, 2.
Foyos, 2.
Font de la Figuera, 2.
Fineſtrat, 2.
Gallinera, y Ebo, 3.
Gata, 1.
Godella, 2.
Guadazuar, 3.
Gorga, 2.
Guadaleſt, y ſus lugares, 4.
Garch, y Bolulla, 2.
Gandia, 12.
Geſtalcamp, 1.
Gilet, 2.
Iouada de la Vall de Alcala, 2.
Ludient, 2.
Liria, 6.
Lombay, 3.
Luchent, 3.
Lorcha, 1.
Loſa del Villar, 1.
Moncada, 3.
Muſeros, 3.
Meliana, 1.
Maçamagrel, 2.
Moruedre, 6.
Madrona, y Doſaguas, 3.
Munteſa, 3.
Moxent, 4.
Murla, 2.
Mislata, 1.
Montauerner, 2.
Montanejos, 2.
Nauarres, 2.
Olocau, 2.
Otanell, 2.
Olleria, 5.
Ontiñent, 12.
Orcheta, 2.
Orba, y ſu anexo, 2.
Oliua, 6.
Ondara, 2.

Pater-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Paterna, 2.
Puçol, 4.
Pobla de Arenos, 4.
Pobla de Benaguazir, 2.
Pobla larga, 2.
Picacent, 2.
Pardines, 2.
Perpunchent, y ſu valle, 3.
Planes, 3.
Penaguila, 4.
Polop, 2.
Parcent, 2.
Pego, 4.
Pobla de Rugat, 3.
Pedralua, 2.
Quart, 3.
Quatretonda, 2.
Ribaroja, 2.
Rafelbuñol, 2.
Rahal, 2.
Riola, Poliñà, y Fortaleny, 4.
Serra, y Naquera, 2.
Sumacarcer, 2.
Sollana, 3.
Torrestorres, 3.
Turiz, 2.
Torrent, 3.
Tous, 2.
Tibi, 2.
Teulada, 3.
Ternils, Carcaxent, y Cugullada, 5.
Villafermoſa, 8.
Villamalhur, 2.
Villalonga, 3.
Villar, 4.
Vilamarchant, 2.
Vallada, 3.
Vilajoyoſa, 4.
Xalo, 1.
Xixona, 6.
Xabea, 4.
Xatiua cõ ſus Igleſias, 15.
Xarafuel, 2.

Alia

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Alia ad Viſitatores pertinentia, Vide verbo Patiniferi, nu. 19. Teſtamentorum iudex, num. 18. Doctrina Chriſtiana, nu. 76. Templa, num. 8. & Clerus, nu. 44.

VNIO eccleſiarum. Vide Eccleſia, nu. 4.

16 VSVRARIOS cōtractus qui exercuerit, veluti cùm res ratione temporis plus quam valet venditur; vel quando anticipata pecunia, minoris iuſto aliquid emitur, & alios huiuſmodi, infamis habeatur, & pœnis iuris acriter puniatur. Syno. Prouin. ſeſſio. 5. cap. 17.

RE

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# REGVLAE PRO Miſſæ ſolemnis cęremonijs, ex Miſſali Romano, & pia Archiepiſcopatus Valētini conſuetudine.

*Quas D. D. Ioannes à Ribera Archiepiſcopus, ſeruandas propoſuit in Synodo à ſe habita, 25. die Octobris, anno 1590.*

*De Miſſa principali pro defūctis.*

1 MISSAM principalem, quæ prima die cuiuſcunque menſis, (extra tempus Paſchale) non impedita officio duplici, & ſemiduplici generaliter pro defunctis, ſacerdotibus, benefactoribus, & alijs, iuxtà Rubricas generales Miſſalis Romani, iuſſu fęlicis memoriæ Pij Papæ Quinti nuper editi, dicenda eſt; in Archiepiſcopatu Valentino hactenus prætermiſ-



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſam inuenimus; eam igitur de cætero, (vt regulas Miſſalis exequamur) in altari maiori, loco Miſſę conuentualis in Metropolitana, & Collegiatis eccleſijs celebrandam fore decernimus; in quibus (ne quidquam ad officij integritatem omittatur) etiã altera de feſto ſimplici, ſi occurrat, vel de feria, ſi propriam habeat, aut de præcedenti Dominica reſumenda ſit, decantetur. Sed in eccleſijs non collegiatis vna tantùm Miſſa de die, cum cõmemoratione generaliter pro defunctis dicatur.

2 In feſtis duplicib. in quibus Eccleſia vnicam, eamq́ue inſignem ſolemnitatem celebrat, vnica tantùm in Miſſa, & officio recitetur oratio: niſi cõmemoratio de Dominica, feria, octaua, aut de altero feſto fieri debeat; nec tunc addatur illa collecta: *De Oratione in Miſſa.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lecta: *Et famulos tuos*, quæ pro Eccleſiæ & Regum ſtatu recitari ſolet. In reliquis autem diebus in Miſſa conuentuali, & in officio dicatur.

*Quando duæ Miſſæ decantari debent.*

3 In ferijs Quadrageſimæ, Quatuor tēporum, Rogationū, & vigiliarum, in quibus feſtum duplex, vel ſemiduplex, aut octaua occurrit, eccleſia Metropolitana, & Collegiatæ noſtræ Diœceſis duas debent decantare Miſſas; vnā de feſto eius diei poſt Tertiā; alterā de feria poſt Nonam. Quod ſi in Rogationibus proceſſionaliter ad aliā eccleſiam, vel monaſterium ſtatio facienda ſit, ſecunda Miſſa de feria in ea ſtatione cantetur.

*De fonte ad abluendas manus.*

4 Vt tota cæremonialis ſacræ Miſſæ vndique ſplendeat diſciplina,& in rubricis Romani Miſſalis ſeruetur ordo diſpoſitus: præcipimus tam in Metropolitanæ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tanæ, quàm Collegiatarum, & parochialium eccleſiarum ſacriſtijs fontem ad abluendas ſacerdotum manus, qui ſe ad Miſſam celebrandam accingunt, præparari; qui vel parieti infixus, vel penſilis aquam præbeat cum linoſtina palla ad extergendum. In capellis autem principalibus eccleſiarum, vbi peculiares ſacriſtiæ exiſtunt, idem ſeruetur; & in eiſdem ſacriſtijs, ſacerdotes in proximioribus capellis, vel altaribus celebraturi, ſeſe induant, indeque egrediantur induti: ne ſuper eis, apud quæ celebrant altaria, veſtiantur, quod fieri omnino prohibemus; cuius rei executio pro locorum, & eccleſiarũ diſpoſitione, ad noſtros pertineat Viſitatores.

5 Ne presbyteri celebrantes idoneo deſtituantur miniſtro, in Metropolitana eccleſia Valen- *De Miſſæ priuatæ miniſtro.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tina ſex pueros talari veſte violacei coloris, & rocheto indutos, qui iuxtà altarium ſtationes diuerſas adſtãtes, Miſſas priuatas celebrantibus inſeruiant, cũ ſalario competenti deputandos eſſe cenſemus. In reliquis autem eccleſijs, quoad cõmodè fieri poterit, per Capitula in Collegiatis; & nr̃os Viſitatores, & Rectores in parochialibus ſacro Miſſę priuatę miniſterio proſpiciatur.

*Quãdo ſacerdos, & miniſtri de ſacriſtia exeunt.*

6 Dum induit ſacerdos veſtimenta in ſacriſtia, ſilentium, & attentionẽ diligenter cuſtodiat, easq́ue orationes, quæ in Miſſali continentur, ad ſingula paramenta deuotè recitet: quibus indutus, ex ſacriſtia ad altare, oculis demiſſis, inceſſu graui, erecto corpore, & cooperto capite bireto, incedat; ad altare maius caput inclinet, & ad locum ſacramenti genuflectat, ſi eò contige-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tigerit tranſire: ſi alicubi ſacramentum eleuatur, detecto capite, genuflectat: neminem verò obuiū ſalutet. Diaconus, & ſubdiaconus, ſi ſolemniter celebrādum ſit, idem omnino obſeruēt. Sed neque ſacerdos cum miniſtris alicui perſonæ, pręterquam Prælato in ſua Diœceſi, vel loco iuriſdictionis, caput inclinet, aut reuerentiam faciat. Iubemus tamen, vt dū ad altare proceditur, ſacerdos vnà cum miniſtris recitet voce ſummiſſa Pſalmum, *Deus miſereatur noſtri*: vel alium Pſalmum, iuxtà conſuetudinem eccleſiæ Valētinæ.

*De cuſſino, & gradu infimo altaris.*

7 Licet in rubricis librū Miſſale ſuper cuſſino aperiri debere dicatur, non prohibemus tamen illud ſuper atrili collocari.

*Celebrans coram Prælato.*

8 Si aliquis presbyter coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorū re-



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

reſidentijs, vel loco iuriſdictionis ſolemniter celebrauerit, ſtãs à ſiniſtris Prælati, (ſi in eadem capella commodius, & altari vicinus aſſiſtat) cum eo ſimul ſtante faciet confeſſionem, cæteris miniſtris interim reſpõdentibus & genuflexis.

Si verò coram eiſdem priuatè celebrauerit, ſtans ad infimũ gradum altaris, non in medio, ſed ad latus læuum epiſtolæ inclinatus expectet, & dato ſigno à Prælato in eodem loco perſiſtens, verſus ad altare faciet cõfeſſionẽ: qua finita inclinans ſe Prelato, veniet ad mediũ altaris & facta humiliatione proſequet: *Aufer à nobis, quæſumus Dñe, &c.*

*Quãdo hebdomadarius de choro ad ſacriſtiam vadit.*

9 In noſtra Metropolitana eccleſia Valentina pro more antiquo ſeruatũ eſt in Choro, quod hebdomadarius celebraturus, cepta hora, quæ proximè ante Miſ-

ſam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſam conuentualem cantatur, deſcendit ad medium Chori propè altare Crucifixi, vbi cum miniſtris hinc inde verſus altare maius reuerentiam facit, incipienſque Hymnum: *Veni creator Spiritus, &c.* ſubmiſſa voce alternatim ad ſacriſtiam procedit; quem morem de cætero etiam in alijs eccleſijs, vbi commodè fieri poterit, volumus obſeruari.

10 Vt in omnibus eccleſijs noſtræ Diœceſis eadem incenſandi forma ſeruetur, & eodem more ab omnibus peragatur, ſtatuimus iuxtà ritum, & morem Pōtificalis, vt vbi primum facta confeſſione celebrans aſcendet cum miniſtris ad altare, ſtatim illud oſculetur. Deindè benedicat incenſum oblatum in cochleari, miniſtrante diacono nauiculam, & thuriferario thuri-

*De forma incenſandi altare.*


© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bulum, & cochleare exhibente: Producat deindè ſignum crucis, dicens: *Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis.* Poſteà diaconus, reddita nauicula thuriferario, accipiet ab eo thuribulum, & dabit celebranti, oſculata prius eius manu. Celebrãs verò facta cruci, vel imagini in medio altaris poſitæ reuerentia, ipſam crucem, vel imaginem incenſabit ter, illi thuribulum ducens: tum facta inclinatione, imaginẽ, aut reliquias à dextris illius, ſi fortaſſe ibi poſitæ fuerint, bis ante illas thuribulum ducet; & facta iterũ cruci, vel imagini reuerentia, incenſabit eodem modo imaginẽ, aut reliquias ad ſiniſtram poſitas; & facta iterũ reuerẽtia proſequitur ad cornu Epiſtolæ, incenſans imagines, vel earum loco cãdelabra ſemel ſingulis thuribu-

ribu-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ribulum ducens. Deindè manus inclinans, ſeu demittens, incenſabit poſteriùs cornu Epiſtolæ, bis idem thuribulum ducens: tũ eleuans paululum thuribulum, reuertetur verſus cornu Euangelij, incenſando continuè ſuperiorem partem altaris, ſcilicet tabulam, ſeu ſuperficiem altaris; & procedens ante crucem, facta ei reuerentia: incenſabit eodem modo alias imagines, ſeu candelabra in cornu Euangelij, & illius poſtremam partem altaris inferiorem, & ſuperiorem tabulæ: deindè totam anteriorem, vſque ad extremum altaris, videlicet vſque ad cornu Epiſtolæ, facta primùm cruci reuerentia, cùm ante eam tranſit: vbi, in cornu ſcilicet Epiſtolæ, reddito thuribulo diacono miniſtranti, & fimbriam veſtium deferenti, ab eo ipſe ſolus incẽſatur.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſatur. Interim dum ſacerdos incenſat altare, dicet Pſalmũ, *Dirigatur Domine oratio mea*, vſque in finem, cum *Gloria Patri, &c.* Sed dum ipſe incenſatur dicat verſiculũ, *Non nobis Domine, non nobis, &c.*

Quando incẽſantur oblata; ad benedictionem incenſi dicat celebrans: *Per interceßionem beati Michaelis archangeli ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum, dignetur Dominus incenſum iſtud benedicere, vt cum odore ſuauitatis aſcendat. In nomine Patris, &c.* Deindè accepto thuribulo incenſat oblata, ter ducens thuribulum ſuper calicem, & hoſtiã ſimul, in modum crucis, & ter circum calicem, & hoſtiam, ſcilicet bis à dextera ad ſiniſtram, & ſemel à ſiniſtra ad dexteram, diſpẽſans verba in qualibet inincenſatione hoc modo: In prima,

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ma, *Incenſum iſtud*: in ſecunda, *à te benedictum*: in tertia, *aſcendat ad te Domine*: in quarta, *& deſcendat ſuper nos*: in quinta, & ſexta, *miſericordia tua*. Deindè incenſat altare vt ſupra, dicens: *Dirigatur oratio mea Domine*, vſque in finem Pſalmi.

11 Quando Miſſa ſolemniter celebratur pro defunctis coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, in locis ſuæ cuiuſque reſidentiæ, vel iuriſdictionis, cantato Euangelio, liber euangeliorũ deferatur deoſculandus Prælato. *De Miſſa defunctorum corã prælato.*

12 Celebrans nõ incipiat *Credo*, niſi prius deoſculato libro Euangeliorum, contraria conſuetudine eccleſiæ Valentinæ non obſtante: & ſtatim poſt decantatum Euangeliũ cõcio habeatur, ſi prædicandum ſit: poſt cõcionẽ verò ſtatim dicatur *Credo*. *De oſculo Miſſalis poſt Euangelium.*

In

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Officium diaconi.*

13 In Miſſa ſolemni, finito à choro, *Et homo factus eſt*, diaconus accedit ad abacum, ſeu credentiam propè altare, pro loci commoditate diſpoſitam, & inde accipiat corporale cum burſa, quam deferat eleuatã, & ambabus manibus vſque ad oculos erectam: & facta altari reuerentia, ſuper illud eam collocet, extrahat, & explicet corporalia.

*Officium ſubdiaconi.*

14 Dicto à celebrante *Oremus*, dum legitur Offertorium, Subdiaconus accedet ad abacũ, ſeu credentiam, & accipiet calicem cum patena, & hoſtia, & palla; quem cooperit velo ab humero pendenti, & ſic ad altare procedat; cui primùm in medio reuerentia facta, accedat ad cornu Epiſtolę, & ibi tradet illum diacono, qui calicem amouebit, detegget, dabitque patenam cũ hoſtia celebranti. Subdiaconus verò

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rô exterget calicem purificatorio, & diaconus imponet vinum. Subdiaconus intereà ampullam aquæ oſtendet celebranti, & ab eo benedictionem poſtulabit.

15 Dicto per celebrantẽ, *Offerimus tibi Domine calicem, &c.* expletoque offertorio, diaconus det patenam ſubdiacono in dextra manu, quam cooperiet extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadet poſt celebrantem ante medium altaris, & ibi ſtabit in loco conuenienti. De patena.

16 Poſt incenſata oblata, & altare, eo more quo ſupra dictum eſt, diaconus cum duobus acolytis, & duobus chori thuriferarijs (qui cappis induuntur, ſi ſolemnitas diei exigat) ſe comitantibus, deſcendat ad chorum, ibique incenſet chori rectores faciſtorio adſtantes; deindè tradens thuribulum alteri ex acolytis, De incenſatione Chori.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

lytis, eiſdem acolytis ſociatus redeat ad altare, ibique accepto thuribulo ſubdiaconum incenſet ſtantem, & tenentem patenã. Et ipſe diaconus tradito thuribulo alteri ex thuriferarijs, ab eo incenſetur, & ad ſuum locum iuxtà celebrantem reuertatur; thuriferarius verò ſtans ad portam capellæ maioris, in medio verſus populum, inde populum incenſet ter, ſuper eum ducens thuribulum, ſcilicet ad dextrã, ſiniſtram, & medium. Interim verò ſtatim poſt diſceſſum diaconi à choro, illi chori thuriferarij, cappis induti, ad incenſandum totum chorum procedant, prout moris eſt: in quo, dum incenſantur, ſtare debent omnes. Qui ritus incenſandi chorum, & populum in omnibus eccleſijs Valentinæ Diœceſis, quoad fieri poterit, pro cuiuſque diſpoſitio-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tione, & conuenientia, ſerue-
tur.

17 Quando Miſſa ſolemniter celebratur, præſente in choro, vel capella Archiepiſcopo Valentino, diaconus cantaturus Euangelium, librũ deferens Euangeliorum, hora competẽti, cum acolytis, & virgario dumtaxat præcedentibus, accedet ad Pontificem, vt ab eó accipiat benedictionem: reuerſus autẽ ad altare, ſtans ante gradus altaris, & facta ei reuerentia, expectabit ſubdiaconum, qui ſumpta cruce de altari, eam manibus complectens, & velo à collo pendente, cum ceroferarijs, & luminaribus accenſis præcedentibus, deſcendet de altari, & ſubſequente diacono omnes ad pulpitum procedant, vbi diaconus dicto *Dominus vobiſcum*, incenſat librum Euangelij, & deindè crucem,

Diaconus ſine cruce procedat ad petendam benedictionem à Prælato.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cem, quam ſubdiaconus manibus tenet.

De oſculo Euangelij per Pontificem.

18 Dicto Euangelio, diaconus, & ſubdiaconus cum cruce, & luminaribus ad gradus altaris conſiſtent: tunc ſubdiaconus ad celebrantem aſcendet, eique crucem oſculãdam offeret; qui dum oſculatur, dicat: *Adoramus te Chriſte, & benedicimus, &c.* eãque in altari reponet. Diaconus autem cum acolytis, & virgario, & libro Euangeliorũ aperto ſupra pectus, facta prius altari reuerentia, veniet ad Pontificem, & ſtans coram eo, claudet librum brachijs complectens, & ita faciet reuerentiam. Qua facta, librum aperiet, offeretque Pontifici oſculandum Euangelium; qui ſtans, illud oſculatur, ſtante ſimiliter diacono. Deindè diaconus claudet librum, & genuflectet, manumque Pontificis

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tificis oſculabitur; & facta reuerentia Pontifici, aperiet iterum librum, & reuertatur ad altare, celebrantique oſculandum offeret.

19 Ad eleuationem corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, dum ſolemniter celebratur Miſſa conuentualis in eccleſia Metropolitana Valentina, duo ex pueris deputatis, qui candelabra deferre ſolent, cum ſuperpelliceis exeant de ſacriſtia, duo intortitia alba accenſa deferentes; qui ante gradus altaris hinc inde genuflexi aſſiſtāt dum eleuatur Sacramētum. Qua eleuatione finita, facta profunda reuerentia Sacramento, diſcedant. *Intortitia ad eleuationem Sacramenti.*

20 In eleuatione Sacramenti vnus ex acoltyis, aut, in eccleſia Metropolitana, alter ex capellanis camerarijs, incēſet Sa- *Qui incenſare debet Sacramentū.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cramentum genuflexus, à cornu epiſtolæ, & ipſemet incenſum ponat in thuribulo.

Beneficia deſtinanda ad ſeruitium altaris.

21 Vt miniſtrorum ad officia, & obſequia altaris maior ſuppetat copia, & certæ ſint perſonæ ad hæc munera deſtinatę, aliqua beneficia ſimplicia in Sede Valentina inſtituta, iuris patronatus eccleſiaſticorum, Archiepiſcopi, vel Capituli, videntur deſignanda, & deputãda. Eapropter beneficia huiuſmodi primò vacatura de noſtri Capituli cõſenſu, ad officia in altari maiori explenda, exercendaq́ue deſtinamus: videlicet ad deferenda intortitia accenſa in eleuatione Sacramenti, aliaq́ue munera, quæ magis ad altaris diuini cultum, & ornatum cenſebũtur opportuna. Interea verò, dum hæc debitę executioni mãdantur, conſtitutio, ſeu caput,

quod

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quod incipit, Ad eleuationem, &c. obſeruetur.

22 Dum dicitur in Miſſa ſolẽni *Pater noſter*, circa finẽ orationis ſubdiaconus reuertitur, ſeu accedit ad altare, & genuflexus in vno gradu altaris offert patenam diacono, qui eam diſcooperit, & dat celebranti, oſculãs eius manum, purificata prius patena purificatorio. *Diaconi officiũ.*

23 Diaconus accepta pace à celebrante, & ſacramento in altari adorato, vertit ſe ad ſubdiaconum retro poſt celebrantem; qui ſimiliter à diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolytis, & virgario, vadit ad Pontificem, (ſi præſens ſit Pontifex in choro) portãs imaginem dextera manu eleuatam, palla etiam ad collum circumamictus: qui ſtans coram Pontifice, recondat imaginem *De oſculo pacis.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ad pectus, operiens eam ſummitate pallæ, & ſic faciat Pontifici reuerētiam. Tunc diſcooperiat imaginem, & eleuatam offerat Pontifici oſculandam; qua oſculata, ſubdiaconus iterum recondat imaginem, & genuflectat, ac parumper recedat, faciatque reuerentiam Pontifici; poſteà detecta imagine & eleuata, ad altare reuertetur: acolyti autem à ſubdiacono pace accepta, dāt omnibus in choro exiſtentibus per ordinem. Si verò non adſit Prælatus, diaconus porrigit pacem ſubdiacono, ſubdiaconus autem tradit eam acolytis; qui deferant eam ad chorum.

*Poſt communionē quid agendum.*

24 Sumptis ablutionibus, diaconus deferat Miſſale ad cornu epiſtolæ; ſubdiaconus verò vadit ad cornu Euangelij, & purificat calicem, plicat corporalia, & omnia defert ad credentiam, ſicut

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſicut ex ea ad altare aſportauerat.

Finita Miſſa, celebrans redit ad ſacriſtiam cum miniſtris, cooperto capite, ſicut venerat, dicendo: *Trium puerorum cantemus hymnum.*

25 Finita Miſſa defunctorum, prout in regulis Miſſalis habetur, ſi facienda ſit abſolutio, celebrans retrahit ſe ad cornu epiſtolæ, exuitur caſulla, & depoſito manipulo, accipit pluuiale nigrum. Qui verò defert crucem medius inter duos acolytos, cãdelabra accenſa portantes, procedit, præcedentibus duobus alijs acolytis, vno cum thuribulo & nauicula, altero cum aqua benedicta, & aſperſorio; & ſequitur celebrans, & diaconus à ſiniſtris. Crux verò ſiſtitur in loco parato ad caput, contra altare; celebrans verò ex alia par-

*In Miſſa ſolemni defunctorum abſolutio.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

te verſus altare; & à ſiniſtris diaconus, & alij duo acolyti, deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur Reſponſoriũ. Cùm dicitur *Kyrie eleiſon*, celebrans ponit incẽſum in thuribulum, miniſtrante diacono nauiculam. Cępto *Pater noſter*, accipit aſperſorium de manu diaconi, & facta altari reuerentia, comitante diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aſpergit circumiens locum paratũ: cùm tranſit crucem profundè inclinat; diaconus verò genuflectit, & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aſperſerat, incenſat. Poſtremò, diacono tenẽte librum, orat iunctis manibus, dicens: *Et ne nos inducas in tentationẽ, &c.* cum alijs; & orationem, *Abſol-*

ue

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*ue quæſumus Domine*, vt in ordinario: & poſtea dicens, *Requiem æternam, &c.* facit crucem manu dextera ſuper locum paratum, & dicto per cantores, *Requieſcant in pace*, præcedente cruce, redit cum alijs ad ſacriſtiam.

26 Miſſa conuentualis, & ſolemnis, in feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, cantetur dicta in choro hora tertia. *De hora celebrãdi Miſſam.*

In feſtis ſimplicibus, & ferijs per annũ, cantetur dicta in choro hora ſexta.

In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor temporibus, & vigilijs quæ ieiunantur, cantetur dicta in choro hora nona.

Miſſa defunctorum ſolemnis, quæ dicitur in anniuerſario, cãtetur finita in choro hora prima immediatè.

27 Celebrãs medius inter dia- *De ordine ſeden=*


© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*di, ſtandi, & genuflectēdi in Miſſa ſolemni.*

conum, & ſubdiaconum ſedere poteſt à cornu Epiſtolæ iuxtà altare, cùm cantatur, *Kyrie eleiſon: Gloria in excelſis Deo: & Credo:* alio tēpore ſtet ad altare, & genuflectat quando oportet, vt in regulis Miſſalis. Item genuflectit quando legitur Euangelium *In principio erat Verbum*, ad illa verba, *Et Verbum caro factum eſt*; & Euangelium *Cùm natus eſſet Ieſus*, ad illa verba, *Et procidentes adorauerunt eum*. Item Euangelium feriæ quartæ poſt Dñicam iiij. Quadrageſimæ, ad illa verba in fine, *Et procidens adorauit eum*; & cùm diaconus cantat illa verba, ipſe verſus librum, celebrans & circunſtantes verſus altare genuflectant: acolyti cādelabra tenentes non genuflectant.

In Miſſis autem priuatis circunſtantes ſemper genuflexi debent

bent

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

bent aſſiſtere, præterquam ad Euangelium: reliqua vt in Miſſali obſeruentur.

28 Cũ Eccleſia Romana quinque dumtaxat coloribus vtatur in paramentis altaris, celebrantis, & miniſtrorũ in officio Miſſæ, iuxtà differentiã feſtorũ quæ celebrantur; videlicet albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro, in regulis in Miſſali Romano diſpoſitis, cuique celebrandorum feſtorum quis color adhibendus ſit, erit videre; quæ omninò obſeruentur, & in appenſa tabella, in ſacriſtijs conſpicienda, omnibus ſcribantur. *De coloribus, & qualitate paramentorum.*

Nigro colore vtitur feria ſexta in Paraſceue, & in Miſſis defunctorum.

29 In officio Miſſæ celebrans ſemper vtitur planeta ſuper albam. Si autem ſit Epiſcopus, & ſolẽniter celebrat, ſuper dalmati- *De veſtimentis celebrantis, & miniſtrorum.*



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

matica, & tunicella.

Pluuiali vtitur in proceſſionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in altari.

Item, in officio Laudum, & Veſperorum, quando ſolemniter dicuntur, eodem vtitur aſſiſtens celebranti in Miſſa Pontificali.

Item, quando celebrans poſt Miſſam defunctorum facit in fine abſolutionem.

Cùm celebrans vtitur pluuiali, ſemper deponit manipulum; & vbi pluuiale haberi nō poteſt, in benedictionibus quæ fiunt in altari, celebrans ſtat ſine planeta, cum alba, & ſtola.

Dalmatica, & tunicella vtuntur diaconus, & ſubdiaconus in Miſſa ſolēni, & proceſſionibus, & benedictionibus, quandocunque ſacerdoti miniſtrant.

In diebus verò ieiuniorum, (præ-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

(prӕterquam in vigilijs Sancto-rum) in Dominicis, & ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes, ante Miſſam, exceptis Dominica *Gaudete*, (etiã ſi eius Miſſa infra hebdomadam repetatur) & Dominica *Lætare*, vigilia Natiuitatis, Sabbato ſancto, in benedictione cerei, & in Miſſa, ac Quatuor Temporibus Pentecoſtes, in Cathedralibus, & præcipuis eccleſijs vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetã diaconus dimittit cùm lecturus eſt Euangelium; & tunc ſuper ſiniſtrum humerum, ſuper ſtolam, complicatur, aut ponitur aliud genus ſtolæ latioris, in modum planetæ plicatæ, & facta communione reſumit planetam, vt prius. Similiter ſubdiaconus dimittit eam cùm lecturus eſt Epiſtolam, quam legit in alba, & po-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

& poſteà illam reſumit, vt prius. In minoribus autem eccleſijs, prædictis diebus ieiuniorum, alba tantùm amicti miniſtrent, ſubdiaconus cum manipulo, diaconus etiam cum ſtola, humero ſiniſtro pendente ſub dextrum.

*De ordine ſtandi, ſedendi, & genuflectendi in choro.*

30 Dignitates, Canonici, Beneficiati, & reliqui omnes qui choro interſunt dum diuina officia decantantur, magna animi deuotione, decoroque corporis ſitu, compoſitione, & modeſtia adeſſe debent, tanquam triumphantis eccleſiæ beatorum ſpirituum imitatores; qui coram Deo, & agno in throno ſedente ſua ſpiritualia miniſteria iugiter exhibent. Itaque vt certa forma in choro verſandi pręſcribatur, ſtatuimus, vt dum decantatur Miſſæ introitus, omnes pariter ſedeant; & dum dicitur *Gloria Patri*, aſſurgant. Dum autem ſacer-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſacerdos facit confeſſionem, om nes in ſuo loco genuflectant, & confeſſionem alternatim faciãt. Tempore verò Paſchali, ſtantes faciant confeſſionem, paululum inclinati. Dum cantatur *Kyrie eleiſon*, chorus ſedeat. In Miſſis autem defunctorum ſtet. Sed chori Rectores, cæterique faciſtorio aſſiſtentes cantores, dum cantant ſtare debebunt.

Cùm à celebrante incipitur *Gloria in excelſis Deo*, totus chorus aſſurgat, & ſtans ſubmiſſa voce totum hymnum abſoluat; quo finito ſedeat, dum cantores proſequuntur.

Quando celebrans dicit *Dominus vobiſcum*, ante orationem chorus aſſurgat, & ſtet vſque ad finem orationum, ſi dicendæ ſint plures. In Miſſis autem de feria, in Aduẽtu, Quadrageſima, & in ferijs Quatuor temporum, & vigilia-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

giliarum quæ ieiunãtur. In Miſſis etiam defunctorum, cùm dicit celebrans, *Oremus*, omnes genuflectunt, & ad finem vſque orationum genuflexi perſiſtant, exceptis Vigilijs Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini.

Dum decantantur Epiſtola, Gradualis, & Alleluia, chorus ſedeat.

Cùm diaconus cęperit Euangelium decantare, chorus aſſurgere, & vſque in finem Euangelij ſtare debet.

Quando celebrans incipit fidei ſymbolum, omnes aſſurgãt, & ſtantes totum ſymbolum ſubmiſſa voce percurrant, quo finito ſedeant: & interim, dum alta voce in choro decantatur, *Et incarnatus eſt*, genuflectunt omnes.

Cùm celebrans verſus ad populũ dicit, *Dominus vobiſcum*, & *Ore-*

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

*Oremus*, ante offertorium, chorus ſtet, & omnes caput inclinent: dicto verò *Oremus*, ſedeat dum cantatur offertorium.

Poſt dictas orationes ſecretas, cùm intonat celebrans, *Per omnia ſecula ſeculorum*, totus chorus aſſurgat: ſed dum cantatur Præfatio, *Sanctus*, & cætera quæ in Miſſa peraguntur, vſque ad ſignum tintinnabuli, ante eleuationem corporis domini noſtri Ieſu Chriſti, omnes ſtare debēt. Quo ſigno dato, dum eleuatur corpus, & ſanguis, omnes genuflectant, & adorent, & ſtatim conſurgant, & ſtent vſque ad communionem ſacramenti.

In Miſſis autem quæ dicuntur de ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, & Vigiliarum quæ ieiunantur, & in Miſſis defunctorum, finita Præfatione à celebrante, cùm can-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tatur *Sanctus*, omnes genuflectũt vſquequo ſacerdos dicat, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*: quo dicto chorus conſurgat, & ſtet, dũ cantatur, *Agnus Dei*, quoad vſque celebrans ſanguinem ſumpſerit. Exceptis vigilijs Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis domini noſtri, in quibus omnes ſtant, ſicut in alijs Miſsis dictum eſt.

A die ſancto Paſchæ reſurrectionis vſque ad octauam Pentecoſtes incluſiuè, vetuſtus ritus eſt in eccleſia Valentina, vt cum celebrans inchoauerit in tono, *Præceptis ſalutaribus moniti, &c.* ante *Pater noſter*, totus chorus aſſurgat; id omninò de cętero ſeruetur, omnesq; ſic vſque ad cõmunionem conſiſtant.

Dum incenſatur, vnuſquiſque in choro ſtare debet, neque acolytus alios thurificans, quemquam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

quam ſedentem, aut genuflexum incenſet.

Cùm datur pax, ſimiliter ſtãdo, facta imagini debita reuerentia, per oſculum imaginis, & non aliter, recipiatur.

Dum cantatur Poſtcõmunio, chorus ſedeat. Ad Orationes autem ſtet, poſtquã celebrans intonauerit, *Dominus vobiſcum*, quoad vſque detur benedictio.

In Miſſis quæ dicuntur de ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, & vigiliarum quæ ieiunantur, & in Miſſis defunctorum, dicto *Oremus*, omnes genuflectunt, dum orationes dicuntur, vt ſupra dictum eſt.

Genuflectit etiam chorus in Euangelio, *In principio erat Verbum*, ad illa verba, *Et Verbum caro factum eſt*.

31 In principio, dum Hebdomadarius dato ſigno dicit ſecre- *In Veſperis.*

tò

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

to, *Pater noſter*, totus chorus expectans, & ſtans, ſic perſiſtere debet quo vſque dictum ſit, *Deus in adiutorium*, *&c.* & antiphona prima cantata. Qua finita, vel inchoata, ſi non ſit feſtũ duplex, ea pars chori vbi eſt chorus, & hebdomadarius facit officium, adhuc ſtet; altera verò pars ſedeat, dũ cantatur alternatim primus pſalmus. Et ad *Gloria Patri*, *&c.* omnes aſſurgant, paululũq; detecta capita inclinent, & ſtẽt, dum repetitur antiphona, & ſecunda antiphona cãtatur, vel inchoatur. Incepto verò ſecundo Pſalmo, illa pars chori, quæ anteà ſteterat, ſedeat altera ſtãte: & hic modus in decãtandis pſalmis, & añis, alternatiua ſtatione, & ſeſſione, in omnibus horis diurnis, & nocturnis ſeruetur.

Dum dicitur capitulum, et cãtatur Hymnus, & reliqua quæ in ve-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

veſperis cantantur, vſque in finem, chorus ſemper ſtare debet.

In reliquis omnibus horis, videlicet Cõpletorio, Matutinis, & Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, & Nona, ſemper chorus ſtare debet, præterquam dum Pſalmi alternis vicibus cantantur, vt ſupra dictum eſt in veſperis, & dũ dicuntur lectiones, & reſponſoria in Matutinis.

Officium minoritatis beatæ Mariæ dum dicitur, in choro ſemper chorus ſtet.

Officium defunctorum dũ dicitur, in choro ſemper chorus ſedeat, præterquã dũ dicitur *Pater noſter*, in fine nocturni, & dũ cantatur *Benedictus*, & Pſal. *Miſerere*, & oratio dicitur in laudibus.

Septẽ Pſalmi Pęnitẽtiales cũ litanijs, dum dicuntur in choro, ſemper genuflexi aſſiſtãt omnes.

Quandocũque in choro ad ho-



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ras dicũtur preces feriales in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor temporibus,& vigilijs quę ieiunantur, vel litaniæ extra horas, genibus flexis dicuntur.

Quandocũque in choro cantatur Pſal. *Miſerere mei Deus ſecũdũ &c.* totus chorus ſtare debet, pręterquam cùm dicitur ad præces; tũc enim dicitur genibus flexis.

Quandocunque ad laudes dicitur Pſal. *Laudate Dominum omnes gentes*, chorus aſſurgat.

In omnibus feſtis principalibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in feſtis beatiſſimæ Virginis Mariæ, ad Miſſam,& omnes horas ſemper chorus in noſtra eccleſia Metropolitana Valentina ſtare conſueuit.

# Laus Deo.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

# TABELLA
# SYNODORVM

*Quæ in hac Epitome continentur, & citantur.*

ORDINATIONES Synodales D. Thomæ à Villanoua, pro Choro eccleſiarum, anno 1548.

Synodus Prouincialis ſub D. Martino ab Ayala celebrata anno 1565.

Synodus Dięceſana D. Martini ab Ayala, anno 1566.

Tabla de los derechos funerales, hecha en la meſma Synodo por el meſmo.

Synodus D. Ioannis à Ribera, habita anno 1578.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Ordinaciones para el Choro, hechas por el meſmo en la meſma Synodo.
Synodus Domini Ioannis à Ribera, anno 1584.
Synodus eiuſdem, anno 1590. 6. Calend. Iunij. cum appendice quorundã Motuum propriorum Summorum Pontificum.
Synodus eiuſdem, habita eodem anno, 25. die Octobris. cum tractatu cæremoniarum Miſſæ cantatæ, & in officijs diuinis.
Synodus eiuſdem, anno 1594.
Synodus eiuſdem, habita anno 1599.
Synodus vltima à prædicto D. Ioanne à Ribera congregata, anno 1607.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana) INDEX

# INDEX VERBORVM.


A

ABſolutiones generales. pagina 1
Adiurationes. 2
Adminiſtrationes. ibid.
Agnus Dei. ibid.
Albacea. ibid.
Altaria. ibid.
Aqua benedicta. 3
Archidiaconus. ibid.
Archiuus. 4
Arma. 5
Aſtrologicæ figuræ. ibid.
Auditor piarũ cauſarũ. ibid.

B

BAcineros. 6
Baptiſmus. ibid.
Benedictio nuptialis. 8
Beneficium eccleſiaſticũ. ibid.
Beneficiatus. 12

C

CAmpanæ. 16
Cantiones. ibid.
Canonicatus, & Canonici. ibi.
Cantus. 17
Capella. ibid.
Capitulum. 18
Caſus reſeruati. ibid.
Caputbreue. 19
Cenſualia. ibid.
Cæremoniæ Miſſæ. 21. & 222
Choreæ. ibid.
Chorus. ibid.
Chriſtiani. 33
Clauſulæ teſtamentorũ. ibid.
Clerici exteri. ibid.
Clerus. 34
Cœmeterium. 35
Collector. ibid.
Comœdiæ. ibid.
Communio. ibid.
conceptio Virginis. ibid.
Concilium Diœceſanum Ayalæ. 36
Concionator, & concio. ibid.
Confeßio peccatorum. ibid.
Confeſſores. 39
Confirmatio. 40
Confraternitates. ibid.
Coronati. 42
Curatus. 44
Curia eccleſiaſtica. ibid.


Deci-

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

D

Decimæ. 46
Defunctus. 48
Dies commemorationis fideliũ defunctorum. 70
Dietas de viſita. ibid.
Dimiſſoriæ literæ. ibid.
Diſciplinantes. ibid.
Diſtributiones. ibid.
Doctoris inſignia, & locus. 75
Doctrina Chriſtiana. ibid.
Domini temporales. 76
Domus eccleſiaſticæ. ibid.
Duellum. 77
Duplæ. 78

E

Eccleſia Cathedralis. 79
Eccleſia Parochialis. 81
Eccleſia. 82. nu. 3
Eccleſiaſtici. 85
Effoſſores. 86
Electiones. 89
Eleemoſynæ. ibid.
Emparedadas. ibid.
Epiſcopi. ibid.
Eremitæ. Vide verb. Heremita
Euchariſtia. 90
Examinatores. 95
Excommunicatio. ibid.
Excommunicatus. 96
Expenſæ litis. ibid.
Extrema Vnctio. 97

F

Feſta colenda. 98
Fiſcalis miniſter. 101
Flagellantes ſe. ibid.
Foſſeros. 102

H

Hebdomadarius. 102
Heremita, o Hermitaño. pag. 103
Horæ canonicæ. ibid.
Hoſpitalia. ibid.
Hoſpitia. ibid.

I

Imagines Sanctorum. 104
Immunitas eccleſiarũ. 105
Immunitas eccleſiaſticorum. ibidem.
Inquiſitores. ibid.
Iudex. ibid.
Iudex ſecularis. 106
Iudex decimarum. 107
Iudex piarum cauſarũ. ibid.
Iuramenta. ibid.
Iuspatronatus. 109

Lectio

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

L

Lectio ſacræ ſcripturæ. 109
Libri. ibid.
Libri cultus diuini. 111
Licentiæ petendi. 112
Litis expenſæ. 113
Locorum præcedentia. ibid.
Lupanar. ibid.
Ludus. ibid.
Luſoria menſa. ibid.

M

Ar... penas. Vide verb... mulcta.
D. Martini ab Ayala decreta. pag. 113
Matrimonium. 114
Matrix eccleſia. 117
Matutinum officium. ibid.
Media annata. 118
Meretrices. ibid.
Miſſa. 119
Miſſale. 129. nu. 37
Monaſteria. 135
Moniales. 136
Monumenta. 139
Morientes. 140
Mulieres operariæ. 141
Mulcta. ibid.

N

Nichiles. 143
Notarij. ibid.

O

Oblationes, ſiue offertas. pag. 144
Obſtetrices. ibid.
Officiales eccleſiæ. ibid.
Officia ſacra. 145
Operarij eccleſiarum. 147
Opera pia. 149
Oratoria priuata. ibid.
Ordinati ordinibus ſacris. pag. 150
Ordinis ſacramentum. 157

P

Parochia propria. 159
Parochialis eccleſia. 160
Parochus. ibid.
Patiniferi. 166
Patronus beneficij. 169
Pauperes mendici. ibid.
Pauperes verecundi, & infirmi. 170. & 171
Peregrini. 172
Pia opera. 173
Præcentor, ſiue Capiſcol. ibid.
Prædicatio, & prædicator. 174



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Præſentatus à Patrono. 176
Prima tonſura. ibid.
Primitia. ibid.
Proceßiones. ibid.
Puerpera. 180
Punctū ad diſtributiones. ibid.

Q

Quadrageſima. 182
Quarta. 183
Quæſtores. 190

R

Rationalis parochiæ. 190
Rectores. 191
Reductio Miſſarum. ibid. & Verbo Miſſa.
Religioſi. ibid.
Reliquiæ. 194
Repræſentationes. ibid.
Reſponſoria. 52. & 56

S

Sacella. 194
Saltationes. ibid.
Sacramenta. 195
Scholæ. ibid.
Scholaſtici. ibid.
Scholani. ibid.
Sepultura. 196
Sigillum parœciæ. 197
Siſæ, & impoſitiones. ibid.
Spectacula publica. ibid.
Subdiaconi. ibid.
Superſtitiones. 198
Syndicus Cleri. ibid.
Synodus Prouincialis. ibid.
Synodalia ſtatuta. ibid.
Synodales Iudices. & Examinatores. 199. & 200

T

Taurorum ludus. 200
Templa, & Her 202
Teſtamenta. 205
Teſtamenti executor. 206
Teſtamentorum index. ibid.
Teſtis. 208

V

Veſpertinum officium. 208
Veſtes ſacræ. 209
Veſtes clericorum. ibid.
Vicarius temporalis. ibid.
Vicarius Chori. 211
Viduæ. 212
Vigiliæ publicæ. 213
Virginis Mariæ cōceptio. ibid.
Viſitatio, & viſitator. 214
Viſitationis dietæ. 217
Vnio eccleſiarum. 221
Vſurarius. ibid.

LAVS DEO.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

© Biblioteca Valenciana. Generalitat Valenciana

ESCOLANO

SINODOS

1616

© Biblioteca Valencia